

FONTES AUTHENTICI ITINERA (1235—1238)  
FR. IULIANI ILLUSTRANTES.

Prooemium.

Iulianus, fr. Prov. Hungariae Ord. Praed. anno D. 1235 profectus est ad visendos consanguineos Hungaros, quos trans flumen Tanain (hodie: Don) in quadam parte confinii Europae et Asiae incolere compertum est.

Iulianus, cum duo comites revertissent, tertius autem in itinere mortuus esset, periculis perfunctus, id quod sibi proposuerat, gloriose peregit. Peragravit horrida et inculta Alaniae, vasta et deserta Kergis-terrae, saltus silvosos montis Ural et immensa plana Russiae.

Iuliani iter nobis Hungaris maxime memorabile est. In hoc enim itinere Asiae Hungaros reperit in Magna Hungaria, de qua adhuc nihil constabat. Hungaria Maior vel H. Antiqua 2000 chiliometra meridiem versus ad lacum Caspium sita erat. Haec est illa terra, cuius in bulla Ioannis XXII, papae Avoniensis mentio fit.<sup>1</sup>

Tum Iulianus primus nuntium, quem ipse acceperat, Tartaros irruptionem parare, in Europam pertulit.

Deinde Iulianus fuit primus Europaeorum exploratorum, qui ex Asia certas et testatas res adtulit demonstravitque ibi quoque homines et non portenta commenticia habitare, id quod iis temporibus vulgo creditum et in academiis traditum est.

Idem explorator geographicus tantum terrarum occidentali-

---

<sup>1</sup> Vide, *Raynaldus*: *Annales Ecclesiastici* XV. ad a. 1329. nr. 96. — *G. Golubovich* O. F. M.: *Biblioteca Bio-bibliografica della Terra Santa e dell'oriente francescano*, 1215—1300. Tom. III. pag. 354—357 etc. — *Bendefy*: *Az ázsiai magyarok megtérése, Jeretány országa*. *Theologia* IV. (1936), 4., pp. 1—16. Budapest.

bus notum fecit, quanta est tota Australia, ut breviter dicam: Iulianus est Columbus Orientis.

Sed his rebus confectis anno 1237 se denuo ad Asiae Hungaros rediturum statuit, licet non esset nescius ferocissimos Mongo- los tamquam procellam brevi in plana Russiae se effusuros esse, non territus est feroci gente Tartarorum, nec pavescebat exercitus eorum citato cursu advolantes.

Iuliani iter non tantum in geographicis est memorabile. Cum enim ab eo incipit aetas geographicarum indagacionum tum aperuit viam missionibus catholicis Orientis ulterioris. Nisi Iulianus exstisset, non Ioh. Piano de Carpini, non Will. de Rubruk, non Marcus Polo itinera sua suscepissent. Nisi Iulianus viam praeisset, Asia interior multis tantum saeculis post investigari potuisset.

His de causis fortissimi viri iter per totum orbem terrarum fama pervulgatum dignum duximus, cuius memoria sollemniter celebraretur.

Eventus indagacionum mearum biographicarum, geographico- historicarum, earumque diuturnarum et accuratissimarum duobus voluminibus separatim eduntur.<sup>2</sup> Hoc autem volumine itineris Iuliani codices manu scriptos nova via et ratione summa cum fide ordinatos et concinnatos publicavi. Exempla codicum excepta editione Hormayriana, nonnisi ope methodi infrarubrae confecta sub prelum misi. (Codices in hunc modum transcripti multo facilius leguntur, quam autographa ipsa et correctionum vestigia continuo apparent).

Editionem hanc duae res ratam faciunt: una, quod codicum autographa non facile adiri possunt, altera, quod in editionibus, quae adhuc prodierunt, complura locorum geographicorum et personarum nomina varie et vitiose scripta sunt, quae errorum et falsarum interpretationum multitudini locum dederunt itaque factum est, ut etiam ipse Iulianus impugnaretur. Secundum investigationes meas Iulianiani itineris sex codices novimus, quorum tres fortissimi monachi prius, tres vero alterum iter enarrant.

Codicum ope photographiarum autographarum cum professore Georgio Balanyi diligenter se comparatos prorsus inter se congruere cognovimus.

Facere non possum, quin hoc loco professori Balanyi pro

<sup>2</sup> *Bendefy*: Az ismeretlen Juliánusz. Az első magyar ázsia kutató élet- rajza és kritikai méltatása. Bp., 1936. (1—1920. 8 térképpel és 46 képpel.) Stephaneum.

opere et cura laboris plena, quam mihi promptam officiosamque praebuit, omnium primum gratias agam atque habeam summas.

Gratias maximas ago professori Emerico V á r a d y, quod libenter requisivit a me expetitos codices Vaticanos et eos phototypice exscribendos curavit. Eidemque debemus novam accuratamque codicum descriptionem.

Rogatu meo eadem opera perfuncti sunt director Musei Nationalis Hungarici Cantabrigiae, et Florentiae Ordo Dominicanorum, pro qua eis hoc loco gratias ago.

### Iuliani itineris codices manu scripti.

Monachi Iuliani itineris primum in Magnam Hungariam facti descriptio protocollo Richardi servata est. Adhuc hanc descriptionem memorabilem solum uno voluminum „Libri censuum”, qui in tabulario Vaticano est, contineri credebamus. Cum Iuliani itineris anno septingentesimo circumacto vitae eius et duobus itineribus operam navarem, viam itineris mihi designanti maxima inde exorta est difficultas, quod in libris impressis nomina locorum variant atque discrepant inter se.<sup>1</sup>

Contuli igitur textus editionum Desericzkyanae, Theinerianae et Fejérpatakyanae Latinos ex codicibus exscriptos publici iuris factos. Collatis codicibus statui textus prioris et duarum posteriorum editionum graves et sententiae integritati repugnantes discrepantias plures esse quam triginta omnesque discrepantias supra ducentas esse. Ex quo conieci complura narrationis exemplaria superesse et in manus diversorum editorum protocolli varia exemplaria venisse.

Scrutanti mihi contigit varia Richardiani protocolli exemplaria invenire. Haec sunt:

<sup>1</sup> Editiones descriptionis fr. Richardi sunt sequentes: *Jos. Inn. Desericus (Desericzky)*: De initiis ac maioribus Hung. commentarii. Budae, 1748. — *Pray*: Annales veteres Hunorum, Avarum et Hungarorum. 1761. — *Bél András*: Solemnia Magistrorum philosophiae et artium creandorum in diem Jovis h. e. D. III. martii indicit atque ad ea concelebranda invitat ord. phil. Decanus Car. Andr. Bel. Lipsiae, 1763. — *Fejér György*: Codex diplomaticus Hungariae. IV. 1. 50—57. — *Endlicher*: Rerum Hung. Mon. Arpadiana, Sangalli, 1849. — *Theiner A.*: Vetera Mon. Hist. Hung. Tom. I. Romae, 1859. — *Szabó Károly*: Magyarország. tört. forrásai. Bpest, 1861. II. füz. — *Fejérpataky L.* (Fraknoi összehasonlítása): A magy. honf. kútfői. Bpest, 1900. Harum editionum tantum Desericzkyana, Theineriana et Fejérpatakyana habent codices manu scriptos pro fundamento, ceterae ex aliqua harum editionum depromptae sunt.

1. Descriptio codicis „Liber censuum Romanae ecclesiae” inscripti et nota „Miscell. Arm. XV t. 1.” insigniti, qui in Castello Angeli tabularii Vaticani asservatur. Hunc primus Petrus Köppen geographus Russicus reperit rogatus a Georgio Fejér ut primae Desericzkyanae editionis textum cum eius autographo compareret. Köppen hoc mandatum Desericzkyum, cum protocollum ederet, textu „Libri censuum” usum esse existimans perfecit. (Köppen titulum recogniti codicis: „Liber censuum” notum fecit.) Theiner cum hoc rescivisset iam Richardianum „Libri censuum” edidit. Textus, quem edidit, est tam accurate descriptus, ut Fejérpataky, qui eodem textu uteretur, vix quidquam relictus est, ad corrigendum Theinerianum textum.

In usum eius Guilielmus Fraknoi textum ad prelum praeparatum cum codice „Libri censuum” a. 1898—99 comparavit.

„Liber censuum” Richardiani protocolli vetustissimum fortasse eiusdem aetatis videtur continere exemplum. Codex pulcherrimus ab initio usque ad finem eadem manu scriptus, quia in narratione itineris nullum apparet correctionum vestigium, vix primitus scriptus, sed transcriptus putandus est. „Libri censuum” textus, ut antiquissimus tamdiu pro indagacionum nostrarum fundamento habendus est, donec protocollum primitus scriptum aut probabiliter antiquissimum comparet.

2. In tabulario Vaticano Richardiani protocolli alius codex custoditur, quem Desericzky a. 1745 invenit. Tametsi Desericzky codicis numerum (965) in opusculo suo commemoravit. Köppen non invenit contulitque — ut supra memoravimus — cum textu „Libri censuum”.

Neque quisquam mirabatur, Dudik codicem in opere „Iter Romanum” inscripto enarravisse eiusque titulo in medium prolato („Diversa ad historiam pertinentia”) ostendisse codicem exempla scriptorum diversorum tabularii Vaticani in usum Iohannis II (1350—1364) confecta continere. Singule scripta textumque paginarum 200—207, qui „De facto Ungariae magnae a fr. Ricardo ord. praedicatorum invento tempore Gregorii IX.” inscriptus est, copiose tractavit.<sup>2</sup>

3. Richardiani protocolli adhuc omnino ignotum atque posterioribus (XIV—XV) saeculis scriptum exemplum meis communicationibus usus in collectione Florentinae Bibliothecae Riccardianae invenit Emericus Várady. Codex narrationem itineris continens, est

<sup>2</sup> Dudik B. Fr.: *Iter Romanum*. Wien, 1855. I. p. 287, 327.

exemplum „Libri censuum”. Eundemque titulum habet, notam vero hanc: „Riccardianus 228”.

Collatione exemplorum multae textus partes accurate diiudicari possunt, velut confirmari potest in textu Theineriano pro: „in civitatem Bundaz” recte positum esse: „in civitatem Bundam”. Ex discrepantiis in exemplum subiicimus hanc: Saracenorum quaedam provincia Uela (Vela) in „Libro censuum” Uela, in codice numeri 965. Ueda appellatur. Mirum est, quod in „Libro censuum” appellatio „ord. praedicatorum” a nomine Ricardi abest.

Iulianus alterum iter ipse epistola narrat, cuius tres textus circumferuntur, ut:

1. Exemplum Hormayrianum.<sup>3</sup> Huius autographum hodie ignoramus. I. Fr. Böhmer in quodam tabulario Germaniae vel Austriae invenisse videtur. Exemplum, quod confecerat, ita Hormayro edendum tradidit, ut locum, ubi epistola custoditur, non indicaret.

2. Exemplum epistolae Dudik-ianum<sup>4</sup> Pal. Lat. 443. n. codex Castelli Angeli continet.

3. Exemplum Fraknoianum<sup>5</sup> codex parvus Castelli Angeli nota Vat. Lat. 4161 insignitus asservatur.

In codice Castelli Angeli epistolae eiusdem aetatis esse videntur. Nomina personarum in utroque vitiose, contra in editione Hormayriana mirum quam recte scripta sunt. Ex quo cum colligere possumus Böhmerum epistolae autographum invenisse, tum suspicari, aliud quoddam exemplum in quo librarius nomina aetatis suae scripturae convenienter correxisset, reperisse.

Conditio et natura omnium trium litterarum eadem est, sed quaeque earum habet variantes partes velut exempli Fraknoiani pars haec: „... tartari prius habitabant Romam”, in textu Dudikiano sic scribitur: „... tartari habitabant terram, quam nunc Cumani inhabitant”. Scriptor codicis in priore exemplo pro vocabulo *terram* „Romam” scripsit, sententiam autem secundariam, quae insequitur, omisit. In classe discrepantiarum altera nimis longa additamenta inveniuntur. Editionis Hormayrianae additamento narratur, in quorum manibus fuerit exemplum epistolae Iulianianae per Böhmerum repertum. Hoc additamentum veri-

<sup>3</sup> *Br. Hormayr-Hortenburg J.:* Die goldene Chronik von Hohenschwangau. München, 1842. II. 67—69.

<sup>4</sup> L. c.

<sup>5</sup> Solum hoc exempl. habet titulum: Epistola de vita Tartarorum. Vide: *Lukcsics Pál,* Levélt. Közl. II. 162—163. Bp., 1924.

simile est, ut ab archiepiscopo Aquileiensi scriptum sit. Additamento exempli Fraknoniani accurate de numero exercitus Tartarorum redditur ratio. Exemplum epistolae per Dudik inventum ideo in rem est, quod Iulianus solum hoc res gestas narrat quatuor monachorum Hungaricorum ord. praedicatorum, qui dum ipse, ut de itinere priore papae Gregorio IX. referret, Romae moratur, in Magnam Hungariam missi sunt.

Una cum Iulianiani itineris descriptione edimus epistolam fr. Iohancae, hoc litterarum monumentum cognitu dignissimum vitae Bascardiensis continet narrationem anni 1320. Epistolae verba facilia sunt intellectu, nisi quod haec Bascardia non eadem est atque terra fluvio Ethyl adiacens, quam Iulianus perlustravit, ubi gentes Hungaricae incolebant, sed inde ad Orientem vergens usque ad iugum montis Ural porrigebatur.

Sibur vel Sybur, cuius in epistola mentio fit, non hodiernam Sibiriam significat, sed pristinam in hodierna regione Tjumen sitam provinciam, cuius capiti nomen Sibir vel Sibur inditum erat. Huius prisci oppidi parietinae locis oppido Tobolsk vicinis ad confluentem fluminum Irtis et Tobol nostra quoque aetate conspiciuntur.

Codicem, quo haec memorabilis et magni momenti epistola continetur, et qui in Bibliotheca Academiae Cantabrigiensis nota „D. II. 3. 7” insignitus asservatur, A. C. Moule invenit, qui eius primam descriptionem in Arch. Francisc. (series XVII. ann. 1924) exhibuit. Ibidem edidit duas alias descriptiones eiusdem codicis, quae ad missiones orientales Franciscanorum pertinent.

### Codicum bibliographica descriptio.

I. Codex Vaticanus, „Miscell. Arm. XV. t. 1.” insignitus et „Liber censuum Romane ecclesie” inscriptus est in indice. (fol. 1r, moderna numeri nota). Auctor codicis est: Cencius camerarius, qui post nomine III. Innocentii papa factus est. Codex chartaceus Romae in Tabulario Castelli S. Angeli custoditur. Foliorum ambitus  $27.5 \times 35.5$  cmetra efficiunt, spatii litteris conscripti  $(9.0 + 9.0) \times 27.0$  cmetra. Litterae circiter 3—4 mm. alta, intervalla linearum 6—8 mm. lata sunt. Codex nitidissimus ab initio usque ad finem eadem manu scriptus est. Textus nec litteris initialibus, nec aliis ornamentis insignes sunt, solum inscriptio, quae in principio textus invenitur, est litteris rubris scripta.

Folia perperam erant numeris notata, nam folium 209. sub-

secutum est 301, quare totus codex novis numeris insignitus est et cum olim textus protocolli Richardiani 445<sup>r</sup>—446<sup>v</sup> foliis continebatur, secundum novam numerationem foliis 364<sup>r</sup>—365<sup>v</sup> continetur.

In foliis novae numerationis documenta anni 1232—33 Hungariam spectantia inveniuntur. In foliis 364<sup>r</sup>—365<sup>v</sup> insequitur iter Iuliani per fr. Richardum enarratum, quod inscribitur: De facto Ungarie Magne.

II. Codex Florentinus nota „Riccardianus 228" insignitus, qui idem „Liber Censuum Romanae Ecclesiae" inscribitur. Auctor eius ignotus est. Codex chartaceus in Bibliotheca Riccardiana (Florentia) custoditur. (Haec bibliotheca occlusa per directorium Bibl. Laurentianae administratur.)

Foliorum ambitus 16.5×21.5 cm., spatii textus 10.3×14.0 cm. efficiunt. Litterae 1.5 mm. altae, intervalla linearum 3.3 mm. lata sunt. Textus totus una eademque manu exaratus est.

Textus narrationis, quae item „De facto Ungarie Magne" inscribitur, foliis 328<sup>r</sup>—329<sup>v</sup> continetur. Codicis argumentum idem est ac supra descripti. Textus paucissimis adhibitis abbreviationibus facillime omnium legitur et paucissima obscura habet. Compluribus locis lucem nobis adfert, ubi ceteri codices obscuri sunt.

In linea, quae sexto folii 328<sup>r</sup> versui respondet, hanc legimus marginalem adnotationem: „Ungnaria (sic!) maior & minor". Textus nihil habet ornamentorum, tantum littera I quattuor lineas alta est exornata.

III. Codex Vaticanus nota „Pal. Lat. 965" signatus inscribitur: „Diversa ad historiam pertinentia". Librarius codicis saec. XIV. chartacei ignotus est. Hic codex Romae in Tab. Cast. S. Angeli asservatur. Foliorum ambitus 24.0×33.6 cm., spatii textus forma duarum columnarum 22.2×(7.0+7.0) cm. efficiunt. Litterae 3.0 mm. altae, intervalla linearum 7.2 mm. lata sunt.

Codex iussu Ioannis II. regis Francogallorum in ipsius proprium usum est totus ornatissime confectus. Ab initio usque ad finem est eadem manu scriptus. Folium 1<sup>r</sup>—<sup>v</sup> habet indicem particulatim dispositum. In versu extremo folii 1<sup>r</sup>, id est in primo versu folii 1<sup>v</sup> legitur Richardianae narrationis titulus est: „De facto Ungariae magnae invente per fratrem Richardum ordinis fratrum praedicatorum tempore domini Gregorii papae IX. 200."

Itaque iam in hoc magnopere errat codex, quod contra atque ceteri codices Richardum dominicanum (fr. ord. praed.) esse facit et Magnam Hungariam repertam ei ascribit. In titulo codicis libra-

rius hunc errorem correxit quidem, sed appellatio Ord. Praed. mansit: „... fr. Richardo ord. frat. pred...”

Textus codicis incipit sic: „In ista secunda parte cronicarum continetur: Origo regum Franciae usque ad regem Ioannem praesentem: Franci origine fuere Troiani etc. (fol. 2—89). — Comites Tholosani (fol. 97). — De tempore celebrationis Conciliorum. De officio Missae etc. (fol. 97—200). De facto Ungarie Magne a fr. Richardo ord. praed. invento tempore Gregorii IX (fol. 200—207). Hymbertus de Romanis, de his quae tractanda videbantur in concilio Lugdunensi 1274 in Kalend. Maii (fol. 208—209). Descriptio Galliarum (fol. —238). Descriptio Italiae (fol. —240). Descriptio Historiae, descriptio Foroiulii (fol. —242). De peccato originali etc. M S ultimus: „De octo translationibus bibliae”.

Textus incipit in columna sinistra fol. 201r, explicitque in fol. 203v. Haec est nota moderna, antiqua enim textum fol. 200r—202v habebant.

IV. Unum exemplar Iulianianae epistolae primus invenit Fredericus Böhmer, ut videtur, in quodam archivo Austriae vel Germaniae et descripsit. Hunc descriptum codicem br. Iosepho Hormayr—Hortenburg publicandum tradidit non indicato fonte. Hunc codicem hodie quoque ignoramus.

V. Codex Vaticanus nota „Pal. Lat. 443” insignitus, qui „Ioannes Leodiensis, Sermones per annum” inscribitur, continet alterum exemplar Iulianianae epistolae. Foliorum ambitus 23.5×32.8 cm., conscripti textus spatii in folio 105r 7.9×15.5 cm., folio 105v 20.5×29.0 cm. efficiunt. Litterae sunt circa 1.0—1.2 mm. altae, linearum intervalla 5—6 mm. lata. Codex a compluribus librariis exaratus est. Iulianiana epistola pulcherrime et singulari cura descriptus est. Scripturae color est niger, qui in fuscum abiit. Textus codicis incipit: „Mag. Iohannis Leodiensis sermones totius anni (fol. 2—97) — „Attributiones, ordine litterarum digestae (fol. 98—105). Postea insequitur *epistola fr. Iuliani ad episcopum Perutinum* de vita, secta et origine Tartarorum (fol. 105r—v), „Danieli sermones” (fol. 106) etc.

VI. Codex Vaticanus „Vat. Lat. 4161” insignitus sic inscribitur: „Petri Alphonsi disciplina”. Hic codex habet Iulianianae epistolae tertium et notum exemplar. Librarium eius ignoramus. Codex hic chartaceus forma minima item in Tab. Cast. S. Angeli asservatur. Foliorum ambitus 12.8×17.5 cm., textus spatii 7.5×10.5 cm. efficiunt. Litterae circiter 2.3 mm. altae, linearum intervalla 4.8 mm. lata sunt. Codicis argumentum et titulus concordant. Textus est totus nigris litteris exaratus, titulus (epistola de vita tar-



tarorum) et verba ultima tantum (Explicit epistola . . . etc.) sunt rubris litteris scripta, id quod epistolam Iuliani iam tum magni aestimatam fuisse declarat.

Argumentum esse varium fol. 43r duae marginales adnotationes ostendunt.

### De itineribus fr. Iuliani.

In hac parte operis breviter complecti volumus omnes explanationes, quas in opere nostro, quod inscriptum est: *Az ismeretlen Juliánusz accurate enarravimus*. Definienda est nobis regio prioris et alterius itineris, item definienda sunt nobis itinerum tempora, hae quaestiones enim nondum solutae sunt.

Quia descriptio fr. Richardi admodum brevis est, explanatio rerum et utilis et necessaria videtur. Huius partis est descriptionis errores corrigere, res et facta praetentorum temporum ordinate exposita repraesentare.

Inventis codicibus adhuc prorsus ignotis nova via aperienda est ad singulas partes in ordinem redigendas. Unus adhuc conatus ad descriptionem Iulianiani itineris ordinandam et reficiendam ipsiusque itineris repraesentationem captus est, sed frustra (Ö. R. Passuth et H. Marczali). De itineris tempore variae opiniones erant vulgatae. His de causis infra complectimur omnes itineris partes atque particulatim explicabimus.

#### 1. De peregrinatione fr. Ottonis.

Praecursor fr. Iuliani fr. Otto erat. Nam cum fratres O. P. Hungari in chronicis codicibusque legissent Hungaros in Orientis partibus, in confinio Asiae et Europae Hungaros incolere, quattuor fratres circiter annis 1231—1232 ad eos investigandos ubicumque habitarent, missi sunt. Tres autem horum fratrum laboribus ingentibus exantlatis morbo absumpti sunt, quartus vero, nomine Otto ut mercator advenit in quamdam terram ultimam, ubi aliquot viros, Hungarica lingua loquentes invenit, cum quibus collocutus quidem est, sed in patriam eorum morbo implicitus non perrexit, sed celerrime in Hungariam revertit (1234—1235) „pro fratribus pluribus assumendis, qui cum ipso redeuntes fidem illis catholicam praedicarent”.

„Sed multis fractus laboribus post octavum reditus sui diem, *cum omnem viam illos quaerendi exposuisset*, migravit ad Christum.”

Nescimus, quae loca fr. Otto sociique peragraverint, sed cer-

tum est eos ad terras in chronicis nominatas missos esse. Quia de itinere Ottonis nullam descriptionem habemus, nonnisi coniunctura assequimur fratrem, quem supra memoravimus, flumen Volgam attigisse. Fr. Otto deserta Kergisiana Volgae adiacentia cognovisse putandus est. Otto enim narraverat quaedam fratribus Hungaricis de terra Ungarorum, qui iuxta flumen magnum Ethyl incolebant. Sic enim intelligere possumus, cur fr. Iulianus sociique eius per deserta infinita provinciam Saracenorum versus Uelam nominatam peregrinati sint. Hi nisi instructi essent ad hoc iter, fame cruciati, pannosi, periculis obiecti rebus incertis pedibus iter assiduo ad Orientem tendentes non fecissent.

Fr. Otto, sociique eius exploratores primi et fortissimi Ungarorum Asiaticorum omnes mortui sunt. Solum mente cogitare possumus, quos labores quasque aerumnas illi viri perpessi sint.

## 2. De regione itineris Iuliani.

Iulianus et socii ex quo monasterio egressi se itineri commiserint, certo liquidoque decerni nequit quidem, verisimile tamen est eos ex monasterio vel Pestiensi vel Budensi, Albaregiensi, Strigoniensi profectos esse. Ex quoquoque monasterio egressi sunt, certum est Buda relicta per Albam Regiam, Quinqueecclesias, Belgradum, Nissam (Nis), Serdicam (Sophia), Philippopolin atque Adrianopolin transeuntes ad moenia Constantinopolis pervenisse.

Hac trita notaque nationum via perrexerunt iam anno 1096 Godofredi Bouillon, a. 1146 Conradi III et Ludovici VII., anno 1190 Frederici I. crucigeri exercitus.

Haec itineris regio prorsus convenit fr. Richardi descriptioni, re vera enim haec via per Bulgariam principis Assani et Thraciam, quae tum temporis Romania vocabatur, duxit. Recte vero fr. Richardus ait quattuor monachos Hungaros, cum princeps Assan regis Belae IV. socer esset, atque ita monachi ab eo tutelam et auxilium sperarent, iter fecisse. Sed eum hoc recte affirmasse iam inde apparet, quod tum duae Bulgariae erant: una earum fuit regnum Assani, altera Magna Bulgaria vel Bileria ad Volgam sita.

Romania, quae hic commemoratur est hodie pars Turciae Europaeae, tum ad imperium Byzantinum pertinuit. Haec terra, planities fluvii Maricae a Turcis nostra quoque aetate Rumili appellatur. Sed hoc non ad rem.

Constantinopoli navi porro vecti sunt Sichiam versus. Tempestates maris vehementes effugituri oram Asiae Minoris praetervecti 33 dies consumpserant, dum Matricam pervenerunt.

Sichia vel Zichia provincia, quae a scriptoribus Byzantinis saepe hoc nomine memoratur, ad oram orientem spectantem ponti Euxini sita est. Terra eius fere tota montibus Caucasiis tecta erat. Populus „Zich" vel, ut in relationibus Iuliani legitur, „Sich" est idem ac Circassiorum. Circassi ipsorum lingua adighe, Georgiensium et Ossetorum: Kazakh, olim clivos ad occidentem vergentes incolebant, sed eorum erant loca plana fluvii Kuban atque etiam magna pars Cabardiae. A scriptoribus Byzantinis nomine Zichi Circassii et affines eorum Abasgi appellantur, qui sine dubio Bulgaris ad Meotim degentibus, Casaris et Hungaris vicini erant, cum quibus sanguinis et rerum gestarum vinculo coniuncti erant, cuius rei vestigia in nostra quoque lingua comparent.<sup>1</sup>

Circassii iam antiquissimis temporibus Christianae religioni accesserant ut videtur — regina Thamare Georgiensium, sed saeculo XVII magnam partem Mohametani facti sunt. Gens bellicosa, libertatis studiosissima, eximia statura inclitae Cosacorum legionis decus.

Matrica, oppidum medii aevi, loco hodierni Taman, in lingua arenosa 62 chm. longa et 20—30 chm. lata, quae alluvione fluvii Kuban efficitur. Hac lingua arenosa et e regione sita paeninsula Kercsi (Gazaria medii aevi) mare Asovicum a ponto Euxino dirimitur. Antiquis temporibus erat Graecorum opulentissima colonia. Phanagoria appellata quae saeculis X—XI in possessionem Circassiorum venit, colonisque expulsis Matrica appellabatur.

In tabulis geographicis Italorum medii aevi Matrica vel Matarcha appellata invenitur. Rubruk Matricam et Matrigam — Edrisi Matracham vel Matrikam vocat. „To Tamatarcha" Constantini Porphyrogenneti idem est ac hoc oppidum. In ore populi nomen prolixum brevius factum formam „ta Matarcha" accepit.

In Russicis fontibus Matrica nomine Tumutorokan appellatur. Hoc nomen originem ab oppidi Kazarico procuratore traxisse et ex vocabulis Taman-Tarkan compositum esse ducitur. Haec forma composita ad singulas litteras cum forma vera et prima, quae a Constantino Porphyrogenneto adfertur. Taman vel tamyán est vocabulum Turcorum priscum, significatque dignitatem et honorem nobilem. Tarkan est nomen personae.

Monachi relicta Matrica iter secundum flumen Kuban perrexerunt ad oppidum hodiernum Ladovskaja, ubi flumen rectangulo facto flectitur. Nunc iterum recta via ad colles Ergeni con-

<sup>1</sup> *Munkácsi B.*: Magyar műveltségi szók kaukázusi nyelvekben. (Nyelvtud. Közl. 1893. XXIII. 119 p.) Bp.

tendebant, quo sine ulla difficultate pervenerunt. In Richardi protocollo de hac levi et expedita parte itineris nulla fit mentio, nec enim memorabilem duxit.

Si ea, quae postea facta sunt, respicimus, intelligimus Richardum narratione non omnia complexum esse, utpote quae non sit commentarius itinerarius, sed protocollum duobus annis post projectionem scriptum. Atqui duorum annorum laboribus, rebus adversis, incommodis memoria temporum tranquillorum oblitteratur qua nisi itineris memorabilia et adversa, non retinentur.

Relictis collibus Ergeni in partem occidentalem per flumen Volgam diremptorum Kirgiz (Kherkiensium) desertorum venerunt. Tredecim dies in desertis laboribus fatigabantur nullis hominum, domuum, stirpium ac herbarum usquam vestigiis repertis, cum tandem iterum in terras cultas et habitabiles pervenerunt Alaniae.

Alania, Alanorum terra iis temporibus ad lacum Caspium in media parte, quam fluvii Terek, Kuma et Jajk circumfluunt, porrecta iacebat. Alani, gen Sarmaticae' gentis, migrationibus nationum magnam adepti sunt auctoritatem. Alania iam anno a. Ch. natum a scriptoribus rerum Sinensium nomine an-cai, vel potius a-la-na appellantur.

Arabes eos *ossi*, Russi *jassi*, finitimaeque Caucasiarum gentes *ossi* vel *osset* nominant. Ammianus Marcellinus quoque, scriptor rerum Romanarum, sicut Iulianus inter se semper discordare dicit regibus carere, esse sub compluribus indicibus. Res Alanicas XII. saeculi Iulianus epistola verissima accurata depinxit. Monachi Hungari, cum hiems ingruisset sex menses in Alania commorari coacti, in magnum quoddam oppidum, quod dicitur Itil vel Torgikan, hodie Astrachan, se receperunt, ubi „unus fratrum, sacerdos, coclearia et quaedam alia praeparavit, pro quibus aliquando parum de milio receperunt“.

Verum in tantas angustias inciderunt, ut duos sociorum sub corona vendituri essent, ut pretio venditorum mancipiorum duo alteri iter pergere possent. Res cum ad irritum cecidisset, duo socii redibant in Hungariam. Quia in narratione in itinere periisse non dicuntur, in regnum Belae regis incolumes pervenisse eos statuendum est.

Quaesiverit aliquis, certumne sit monachos revera in Torgikan hibernum tempus peregrisse? Certum esse dicamus oportet, cum haec opinio sola in narrationem quadrat. Legimus enim incolas loci agris colendis operam navasse, in silvas lignatum isse venaliciariam exercuisse. Quae cum ita sint, sequitur, ut quattuor viri, minutis bilibusque rebus vendendis vitam sustentare potuerint.

Ex duabus rebus, quas supra memoravimus, apparet eos in quodam magno oppido commoratos esse. Iis temporibus mercatus mancipiorum in Torgikan fuisse, quo mercatores populorum septentrionalium Turcorum et Bulgarorum commearent, testes sunt scriptores antiqui. Plana fluviorum Volgae et Aktubae loca agris silvisque abundabant.

Verisimile est mercatu verno fr. Juliano et Gerardo cum quibusdam septentrionalibus, fortasse Bulgaris mercatoribus domum redituris familiaritatem intercessisse. Isti erant „comites pagani”, qui auditione fortasse accepissent ad fluvium Ethyl Hungaros incolere.

Tandem Iulianus et Gerardus, postquam in Astrahan, — ubi frigus interdum ad  $-35\text{ C}^\circ$  descendit! sex menses hibernati sunt, in viam se dederunt, ut per vastam kirgiz-desertorum interiorum orientalem partem transeuntes propius proposito accederent. Post 37 dierum laboriosum iter in oppidum Bunda provinciae Uelae in terram cuiusdam muhametanae religionis (saracena) et Turcicae stirpis populi.

In opusculo meo, quod supra memoravi, exquisite et accurate demonstravi terram Uelam in locis fluvio Uil adiacentibus sitam fuisse nomenque a fluvio accepisse. Fluvius Uil medius est inter fluvios Ural et Emba. Est autem proprius desertorum fluvius. Oritur ab origine fontium fluvii Kobda meridiem et occidentem versus ex duabus partibus et aqua eius, postcursum aliquot centum chilometrorum minoribus maioribusve lacubus salsis absumitur postquam maximam aquae partem bibula desertorum arena absorbit.

De oppido Bunda nihil certi constat. Scriptores Russici incolas Bundae eosdem ac Burtas esse volebant. Sed hanc opinionem putidam et ineptam duco, cuius causa inde orta est, quod vocabulum „Bundam” perperam legerant (Bundaz). Si in nomina agrorum ibidem loci inquiretur, solutio quaestionis sperari poterit.

De incolis Uelae et de principetu Ogotaj-i annalibus Sinensibus Jüan-csao-pi-si edocemur. Iam demonstravi populi in fonte laudato *ubadzsigi* appellati nomine incolas Uelae atque totum populum *Oguz* significari. Oguz-i (= gaga uz, albi uz, albi Cuman) sunt affines Cumanorum proximi. Itaque facile eorum commercium habuit.<sup>1a</sup>

Gerardus in terra Saracenorum mortuus ibidemque sepultus

<sup>1a</sup> *Bendefy*: Egykorú kínai kútfők a mongolok 1237—42. évi hadjárataról. Bp., 1937.

est. Posthac Iulianus sacerdotis cuiusdam Mohametani servus factus est, ut iter continuare posset. Atque pervenit cum sacerdote in quoddam Bulgariae magnum oppidum, quod ut loco laudato demonstravi, in locis hodierno oppido Orenburg vicinis situm erat.

Hic obviam factus est mulieri cuidam Hungaricae, quae ex terra Hungarorum in Bileriam nuptum data est, id quod documento est Hungaros cum Bulgaris sanguinis vinculo coniunctos fuisse. Mulier haec monachum edocuit ad locum sibi propositum prope accessisse. „Itinere”, inquit mulier, „bidui facto invenies gentes Hungaricas ad magnum flumen Ethyl”. Hoc bidui iter equestre fuisse ponendum est, siquidem mulier ex gente equestri locorum intervalla hoc modo aestimabat. Sic iter 140—160 chilometrorum, quod Iuliano conficiendum erat, non repugnant mulieris verbis.

Invenit igitur monachus gentes Hungaricas quaesitas „iuxta fl. magnum Ethyl”. Hoc flumen non Volga, sed Bjelaja fuit, quem admodum Basciri Bjelajam etiam saec. XIX. Ak Idel appellabant.<sup>2</sup>

Iulianus terram, quam Hungari incolebant „magnam Hungariam” vocavit. Prof. Iulius Németh demonstravit scriptores aevi orientales Hungaros tum „magyar” (modžger, možerjan) tum „baskir” (bašdžird, bašdžirt, bašgird, bašgirt, baškirt...) immo etiam „ungar” (hunkar) nominum formis appellavisse. Atque idem fontibus penitus perscrutatis *baskir et magyar eadem gentis nomina esse atque iis unum eundemque populum designari*. Inter argumenta, quae adfert, primo loco ponenda sunt duo gentis nomina baskirea, quibus memoria germanorum quondam Hungarorum servatur. Haec sunt ea nomina: *Ienej* (= Jenő) et *Iurmaty*, alia forma *Surmaty* (= Gyarmat).<sup>3</sup>

Scrutanti mihi novissime in manus incidit fr. Henrici relatio (ex codice Musei Britannici „Nero A IX” signato), in qua textus in appendice adlatus invenitur.<sup>4</sup> Hic leguntur verba haec: „Sed iam de proximo baptisatus est per fr. Henricum Alemanum filius cuiusdam magni millenarii vocatus *Tharmagar*”. Inquisitionibus Iulii Németh gravissimis innixis pro certo affirmare licet nominis

<sup>2</sup> *Pauler Gy.*: Budai Szemle CIII. 342. p. — *Bendefy* l. c. p. 58.

<sup>3</sup> *Németh Gyula*: A honfoglaló magyarság kialakulása. Bp., 1930. Cap. VI. pp. 299—309.

<sup>4</sup> Vide p. 49, n. 4.

veram formam Tarchan Magar fuisse,<sup>5</sup> quae ad verbum expressa *magyar alkirály* id est viceregem Hungaricum significat. Sic prorsus intelligitur haec sententia: „Item Estokis dominus totius Baschardie”. His verbis luculente probantur, quae prof. Iulius Németh demonstravit atque etiam docemur circa annos 1320—30 Baskir-Hungaros, qui sub dicione et imperio essent, suae stirpis viceregem habuisse et tantum hunc supereminuisse alienigenam procuratorem, qui toti Baschardie praeesset.

Unde Hungari Iulianiani ad haec loca devenerunt? Ex inquisitionibus et investigationibus historicis diligentissimis cognovimus gentes Finno-Ugricas priscis temporibus loca inter Volgam, Kamam et Bjelajam sita incoluisse indeque circiter saeculo a. Ch. n. primo tempore procedente adultam et coalescentem gentem „Praehungaricam” (Előmagyar) ad clivos montis Ural ad orientem spectantes transmigrasse atque ibidem cum Onogur-Turcis artissimo vinculo coniunctam esse. Horum commercio humanitas cultusque crevit adolevitque et saec. V. Hungari corroborati et expoliti in loca inter Pontum Euxinum et Lacum Caspium media migraverunt.

Hic cum in vicinitatem Bulgarorum venissent, gentes finitima loca incolentes cum Bulgaris etiam coniunctione sanguinis copulati sunt. Haec erat causa, quod quaedam particula gentium Hungaricarum Bulgaris, cum hi initio saeculi VII. in Bileriam iuxta Volgam redissent, se adiunxit et loca fluvium Ethyl circumiacentia et Bulgarorum terrae vicina consedit.<sup>6</sup>

Hungari terrae circum fluvium Ethyl sitae sciebant quidem esse alios Hungaros, tamen, ubi habitarent, ignorabant. Contra Hungari christiani regis Belae tantum ex chronicis suspicabantur iuxta Maeotim alicubi in confinio Europae et Asiae aliam Hungariam esse, sed Hungaros iuxta fluvium Ethyl non noverant. Iuliano est laus tribuenda hos investigavisse et horum nuntium adtulisse.

Id, quod Iulianus de religione Hungarorum paganorum memoriae tradidit, veritatis modum excedit. Etiam si verum sit Hungaros hos paganos fuisse, tamen deos, immo etiam auctoribus Arabicis scriptoribus, divas quasdam et strigas daemonas esse credebant et id quod summum est, Deum omnipotentissimum co-

<sup>5</sup> L. c. 255—261. pp.

<sup>6</sup> Vide: *Hóman* (—*Szekfü*), *Magyar történet*. I. Bp., 1928 & 1936. — *Gombocz*: *Az őshaza és a nemzeti hagyomány*. II. (Nyelvtud. Közl. 1923. p. 1—33.) Budapest.

lebant. Priscorum temporum sunt vocabula: „Hadúr” (dominus exercituum et tribuum) et „magyarok Istene” (Deus Hungarorum). Nec dubitari potest, quin Hungari monachi Iuliani, propter conjunctiones cum Byzantinis, religionis christianae gnari fuerint. Fr. Iohancae epistola confirmatur christianos in eadem terra ita diffusos fuisse, ut christicularum numerus Mohametanorum exaequaret.

In Richardi narratione scriptum legimus Hungaros paganos lac equinum et sanguinem potavisse. Lac equinum sine dubio lac equae fermentatum erat, quod nomine „kumisz” innotuit. Hanc potionem indigenae Russiae meridionalis et Asiae Interioris in deliciis habent et in itinere utribus pelliciis secum portant.

In editione Georgii Fejér pro „lac equinum” „lac et vinum” manifesto errore scriptum invenimus. Vinum Hungaris loca ad fluvium Ethyl incolentibus notum esse non poterat, vel si noverant, vulgo eo non utebantur, in eo enim tractu vitis non gignitur.

Atque vix credi potest animalium sanguinem potavisse; multo verisimilius est, ut eum coctum comederint.

Iulianus ineunte fere Iunio a. 1236 ad ripam fluvii Ethyl advenit et 3—4 hebdomadibus inter suos Hungaros consumptis, domum redire statuit. Cur autem, cum necesse esset, ut corpus reficeret, tantam adhibuerit festinationem, Richardi narratione satis probatur.

Domum rediens non ea via perrexit, qua venerat, sed auctoribus Hungaris paganis viam per Nisnijnovgorod—Vladimir—Rjesan—Černigov—Kiow—Halič—Budam ferentem ingressus est. Qua re confirmatur hos Hungaros commercio mercatorum Kiowensium coniunctos prisca via usos esse, quae iam inde ab aetate aenea inter Velemszentvid—Moskwa et Jekaterinburg frequentabatur.

Iulianus a rege Bela IV. brevi post reditum Romam missus est, ut de rebus gestis et eventibus itineris ad papam Gregorium IX ipse praesens referret. Relatione verbis facta a Richardo publice perscriptum est protocollum.

### 3. *De Iuliani itinere altero.*

Dum Iulianus Romae commorabatur, auctore rege Bela quattuor dominicani monachi, ut Magnam Hungariam iterum quaerent et de Tartarorum consiliis certiores fierint, iter susceperunt, sed a principe Magnae Laudameriae (Vladimir) capti iter vertere coacti sunt. Cum de his nihil allatum esset, rex Bela Iulianum



SIBIR 32

42 CSERDYN

25 WEDIN

SUSDAL 18 47 16 BOLGARI  
MAGNA LAUDAMERIA 19 NISZIJNOVGOROD  
MOSCOW 20 21 ORJASAN 15 ORENBURG

26 MOXEL 14 BUNDA (?)

27 VORONEZ  
Orgenhuara (?)

22 CERNIGOV  
23 KIOW

28 SURAI

24 HALIC

29 ORNACH

43 ITIL, TORGICAN  
AsTrachan

BUDA 2  
ALBA REGIA 3  
St. Ives, Böhmen

1 PEST

30 CHERSON

42 MAGYAR  
Magyar, Madjar

44 VENEZIA 4  
QUINQUE ECCL  
Quinque

SOLDAJA 31 41 MATRICA  
ABCHASIA 40

39 MALCHAITAE  
34 TIFLIS

5 ALBA GRAECA  
Handaricidvar - Beograd

NISSA 6

38 ROMA

7 SERDICA

33 ERSERUM

PHILIPPOL 8 9  
ADRIANOPOLIS 10 CONSTANTINOPOLIS

35 TEBRIS  
TEHERAN 36

ANTIOCHIA 43

37 TRIPOLIS



Itinera fratris Iuliani  
anno Domini  
1235—36. et 1237—38.



### Itinera fratris Iuliani

anno Domini

1235—36. et 1237—38.

iterum ablegavit, qui cum tribus sociis ordinis nunc breviora via, qua domum redux venerat, propere Magnam Hungariam versus contenderunt.

Transeuntes per Halič, Poloniam et Russiam, tandem ad ultimos fines Russiae venerunt, ubi iam fugientibus Hungaris occurrerunt. Res innumerabiles, quas Iulianus de Tartarorum expeditione tribus epistolis memoriae prodidit, inter pretiosissimos fontes numerantur.

„Dux Gurguta I" nemo alius est, quam Dsingis kan (1203—1227). At Iulianus iam accepit Gurgutam mortem obiisse et ei succedentem filium Chayn (ver. Chaym) regnare. Hoc vocabulum hic Ogotaj kan significat, sed non eius nomen, sed titulum indicat (Chayn = chain > chanus = princeps, dux Tartarorum). „Chayn" vero, qui regi Belae bellum denuntiavit, certo est Batu kan, dux summus exercitus occidentalis. Iulianus et socii opperiebantur, dum exercitus Tartarorum Vladimir in speciem soleae ferreae circumvenirent. Quo facto, fugam petiverunt. His rebus coacti sunt per exercitus Mongolicos pervadentes per terram Cumaniae domum contendere. Anno 1238 vere in monasterium redierunt.

#### 4. De temporibus itinerum Iuliani.

Iam titulo Richardianae narrationis tempus Iulianiani itineris, cum regnante papa Gregorio IX factum esse ait (1227—1241). Item scriptum legimus Belam, *nunc* regem monachorum iter adiuvisse. Hic vocabulum *nunc* singulare quiddam habet significans itinere suscepto primo Belam nondum Hungariae legitimum regem fuisse. Cum vero rex Andreas II. anno 1235 mense Septembri mortuus esset, Iulianus et socii necessario ante Septembrem anni 1235 se itineri commiserunt.

Priusquam tempus prioris itineris definire persequeremur, alterius itineris tempus definiendum esse putamus, quod facile erit, cum sciamus civitatem Bolgara a Tartaris a. 1237 autumno deletam esse, cum oppidum Susdal, quod tempore alterius peregrinationis Iuliani integrum esset, vere a. 1238 a saevientibus Tartaris excisum esset.<sup>7</sup> Quae cum ita sint, Iulianum hieme a. 1237—1238 in Russia peregrinatum esse statuendum est.

Nunc redeamus ad prioris itineris tempus definiendum. Ex narratione duo tempora novimus. Constat autem die 21 Iunii a

<sup>7</sup> *Hammer-Purgstall*: Geschichte d. Goldenen Horde, p. 104—105.

Hungaris eum revertisse („Incipit autem frater redire tribus diebus ante festum nativitatis beati Iohannis baptistae”) atque sci- mus die 27 Decembris montes Carpathios et fauces Vereckienses transgressum esse („... secundo die post nativitatem domini Un- garie portas intravit”).

Die 27 Decembris tantum ad annum 1236 referri potest, unde sequitur, ut etiam dies 21 Iunii ad hunc annum pertineat.

In libro meo iam laudato rationem itineris Iuliani prioris chro- nologicam composui atque eam ibidem argumentis copiose explicavi. Iulianus sociique eius circiter primis diebus mensis Mai profecti iter 1500 chilometrorum comitantibus regis Belae satellitibus equo vecti usque ad Constantinopolim uno fere mense confecerunt. Iter marinum triginta trium dierum erat. Matricam ergo circa 2. Iulii advenerunt, quo in oppido 50 dies eis morandum fuit, dum auxi- lium primae uxoris principis impetrarent, ergo circa diem 21 Augusti iter perrexerunt.

Matrica a Torgikan 800 chilometris separatur. Huius inter- valli pars 260 chilometra longa per deserta extenditur, quam eos 13 dies confecisse narratione docemur.

Si fingimus eos singulis diebus ex 540 chilometris 30 chilo- metra — expedito itinere — confecisse, colligitur eos a. 1235 exe- unte Septembre in Torgikan advenisse.

Hic propter frigora hiberna sex menses morantes nonnisi circa 20 diem Martii a. 1236 iter continuare poterant. Narratione docemur die 37. post profectionem ex Torgikan in terram Uela venisse atque extremo Aprili in oppido Bunda fuisse. Fr. Gerar- dus 7. die Mai in terra mortuus est, cum Iulianus iam circa diem 20. Mai ad loca circum hodiernum Orenburg venit, ubi aliquot dies frustra quaeritans in mulierem, quae rectam viam monstra- ret, incidit.

Ex his efficitur, ut ultimis Mai vel primis Iunii diebus in ripa fluvii Ethyl Iulianus primos Hungaros offenderit.

Diem reditus diem 21 Iunii 1236 fuisse certo nobis constat. Adversis fluminibus Bjelaja et Kama navigio vehenti expeditum iter fuit. Primo Iulii die pervenit ad locum, ubi Kama in Volgam influit, post exeunte mense ad fines terrae Morduanorum se con- tulit. Quindecim diebus adverso fluvio vectus fines Mordvae traie- cit. Uno alterove die transacto medio Augusto in oppidum Nisnij- novgorod venit.

Verisimile videtur ut Augusto exeunte ex oppido Vladimir equo profectus sit. In itinere tantum quietis sumens, ne equus

veloci cūrsu enecaretur, circa 15. diem Septembris in Rjezan, die 22 Octobris in Csernigov, die 5 Novembris in Kiow, medio Decembri in Halics venit. Die 27. Decembris montes Carpathios transcendit. Circa diem 8. Ianuarii a. 1237 videtur in monasterium Budense rediisse, ut regi Belae de rebus gestis referret. Ex narratione suspicamur Iulianum Romae circiter vere anni 1237 fuisse atque inde, vel cum tardissime, mense Iunio domum revertisse.

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

## TEXTUS MANUSCRIPTORUM.

## I.

**Descriptio itineris prioris fr. Iuliani a fr. Richardo.**

Exempl. Cod. Tabularii Castelli S. Angeli sg.: „Miscell. Arm. XV. t. 1.“  
fol. 364<sup>r-v</sup>, 365<sup>r-v</sup>. Inventum a *Petro Köppen* et iterum ab *Augustino Theiner*. (Vide tab. I—IV.)

[f. 364 r, dextr.] *De facto Ungarie Magne a fratre Ri- | 35*  
*cardo invento tempore Domini Gregorii pape | noni.* 36  
Inventum fuit in Gestis Un- | garorum<sup>1</sup> christianorum, 37  
quod esset alia Ungaria | maior, de qua septem duces cum 38, 39  
po- | pulis suis egressi fuerant, ut ha- | [f. 364 r, sinistr.] bitandi 40  
quererent sibi locum, eo quod terra ipsorum | multitudinem 1  
inhabitantium sustinere non | posset; qui cum multa regna per- 2, 3  
transissent | et destruxissent, tandem venerunt in terram, | que 4  
nunc Ungaria dicitur, tunc vero dicebatur | pascua Romano- 5  
rum, quam ad inhabitandum pre | terris ceteris elegerunt, 6  
subiectis sibi populis, | qui tunc habitabant ibidem.<sup>2</sup> Ubi tan- 7, 8  
dem per | sanctum Stephanum primum ipsorum regem ad 9  
fidem | catholicam sunt reversi, prioribus Ungaris, | a quibus 10  
isti descenderant, in infidelitate | permanentibus, sicut et 11  
hodie sunt pagani. | Fratres igitur predicatorum, hiis in gestis 12, 13  
Un- | garorum inventis, compassi Ungaris, a quibus | se de- 14  
scendisse noverunt, quod adhuc in erro- | re infidelitatis ma- 15  
nerent, miserunt IIII-or | de fratribus ad illos querendum, 16, 17  
ubicumque eos | possent, iuvante domino, invenire. Sciebant | 18  
per scripta antiquorum, quod ad orientem essent; | ubi essent, 19  
penitus ignorabant. Predicti | vero fratres, qui missi fuerant, 20  
multis se exponen- | tes laboribus, per mare, per terras eos 21, 22  
usque post | annum tertium quesiverunt; nec tamen propter 23  
mul- | ta viarum pericula poterant invenire; uno ipsorum | 24  
excepto sacerdote, nomine Otto, qui tantum | sub mercato- 25  
ris nomine processit, qui in quodam | regno paganorum quos- 26  
dam de lingua illa | invenit,<sup>3</sup> per quos certus efficiebatur, ad 27

<sup>1</sup> In chronicis Hungaricis et originis Occidentalis.

<sup>2</sup> Idem textus invenitur etiam in narratione Anonymi, notarii Belae regis. (Anonymus: *Gesta Ungarorum*. Vide: *A magyar honfoglalás kút-fői*, Bp., 1900.)

<sup>3</sup> Scil. Ungaros, quos quaerebat.

28, 29 quas partes | manerent; set illorum provinciam non intra-  
 30 vit; | ymmo in Ungariam est reversus pro fratribus pluribus |  
 31 assumendis, qui cum ipso redeuntes fidem | illis catholicam  
 32 predicarent. Set multis fra- | ctis<sup>4</sup> laboribus post octavum  
 33, 34 reditus sui di- | em, cum omnem viam illos querendi expo- |  
 35 suisset, migravit ad Christum. Fratres vero | predicatorum  
 36 infidelium conversionem deside- | rantes, quatuor fratres ad  
 37, 38 querendam gentem | predictam iterato miserunt; qui ac-  
 39 cepta | fratrum suorum benedictione, habitu regulari in se-  
 40 cula- | rem mutato, barbis et capillis ad modum | [f. 364 v,  
 1 dextr.] paganorum nutritis, per Bulgariam Assani<sup>5</sup> | et per  
 2 Romaniam<sup>6</sup> cum ducatu et expensis | domini Bele nunc regis  
 3, 4 Ungarie usque Con- | stantinopolim pervenerunt; ubi intran-  
 5 tes | in mare per triginta et tres dies venerunt | in terram,  
 6 que vocatur Sychia,<sup>7</sup> in civitate, que | Matrica<sup>8</sup> nuncupatur;  
 7, 8 quorum dux | et populi se christianos dicunt, habentes lite-  
 9 ras | et sacerdotes Grecos. Princeps centum dicitur | habere  
 10 uxores; omnes viri capud omnino | radunt et barbas nutriunt  
 11, 12 delicate, no- | bilibus exceptis, qui in signum nobilitatis |  
 13 super auriculam sinistram paucos relin- | quunt capillos, ce-  
 14 tera parte capitis tota ra- | sa. Ubi propter societatis spem,  
 15, 16 quam expecta- | bant, quinquaginta diebus moram fecerunt. |  
 17 Deus autem dedit ipsis gratiam in conspectu domine, | que  
 18 super centum uxores regis maior erat, | ita ut mirabili eos  
 19, 20 amplexaretur affectu, | et in omnibus eis necessariis provide-  
 21 bat. In- | de progressi consilio et adiutorio dicte domine |  
 22 per desertum, ubi nec domos, nec homines in- | venerunt,  
 23 diebus tresdecim transiverunt; | ibique venerunt in terram,  
 24, 25 que Alania<sup>9</sup> dicitur, | ubi christiani et pagani mixtum ma-  
 26 nent; quot | sunt ville, tot sunt duces, quorum nullus | ad  
 27 alium habet subiectionis respectum. Ibi conti- | nua est guerra  
 28 ducis contra ducem, ville contra | villam. Tempore arandi  
 29, 30 omnes unius ville | homines armati simul ad Campum va-  
 31 dunt, | simul omnes metunt, et contiguo terre spatio | hec  
 32 exercent, et quicquid extra villas sive in | lignis acquirendis  
 33, 34 sive in aliis operis | habent, vadunt omnes pariter et armati;  
 35 nec | postea<sup>10</sup> ullo modo pauci per totam septimanam | de  
 36 villis suis quacumque de causa egredi abs- | que periculo  
 37 personarum, excepta sola die dominica | a mane usque ad  
 38 vesperam, que in tanta devo- | tione apud illos habetur, quod  
 39, 40 tunc quilibet, | quantumcumque mali fecerit, vel quocumque  
 1 habeat | [f. 364 v, sinistr.] adversarios, securus potest sive  
 2 nudus, | sive armatus, etiam inter illos, quorum | parentes

<sup>4</sup> Recte: fractus...

<sup>5</sup> Per Bulgariam iuxta fl. Danubium.

<sup>6</sup> Thracia, pars Imp. Byzantini. Vide p. 10.

<sup>7</sup> Vide p. 11.

<sup>8</sup> Vide p. 11.

<sup>9</sup> Vide p. 12.

<sup>10</sup> Recte: possunt...



occidit, vel quibus alia mala | intulit, ambulare. Illi qui 3  
 christiano ibi | censentur nomine, hoc observant, quod de | 4, 5  
 vase illo nec bibunt, nec comedunt, | in quo murem mori con- 6  
 tingit, vel de | quo canis comedit, nisi prius a suo | presbitero 7, 8  
 fuerit benedictum; et qui aliter facit, | a christianitate effici- 9  
 tur alienus; et si | quis eorum quocumque casu hominem oc- 10, 11  
 ci- | dit, pro eo nec penitentiam nec benedictionem | accipit; 12  
 ymo apud eos homicidium | pro nichilo reputatur. Crucem 13  
 in tanta ha- | bent reverentia, quod pauperes sive indige- | ne 14, 15  
 sive advene, qui multitudinem secum | habere non possunt, 16  
 si crucem qualemcumque | super astam cum vexillo posue- 17  
 rint, et eleva- | tam portaverint, tam inter christianos, | quam 18, 19  
 inter paganos, omni tempore secure incedunt. | De loco illo 20  
 fratres societatem habere non po- | terant procedendi, prop- 21  
 ter timorem Tarta- | rorum, qui dicebantur esse vicini; prop- 22, 23  
 ter quod | duobus ex ipsis revertentibus, reliquis | duobus 24  
 perseverantibus in eadem terra, in | penuria maxima sex 25  
 mensibus sunt mora- | ti, infra quos nec panem, nec potum | 26, 27  
 preter aquam habebant; set unus fratrum, sacerdos, | coclea- 28  
 ria et quedam alia preparavit, pro | quibus aliquando parum 29  
 de milio recepe- | runt, de quo nonnisi tenuerit, nimis | po- 30, 31  
 terant sustentari, unde decreverunt | duos ex se vendere, 32  
 quorum pretio alii cep- | tum iter perficerent; sed non inve- 33, 34  
 nerunt | emptores, quia arare vel molere nescive- | runt. Unde 35  
 necessitate coacti duo | ex eis de illis partibus versus Un- 36, 37  
 gariam | redierunt, alii vero remanserunt ibidem, | volentes<sup>11</sup> 38  
 desistere ab itinere inchoato. | Tandem ipsi habita quorum- 39, 40  
 dam paganorum | [f. 365 r, dextr.] societate, iter arripientes 1  
 per deserti | solitudinem triginta septem diebus | continue 2  
 iverunt; infra quos vigin- | ti duobus panibus subcinericiis 3, 4  
 usi | sunt, adeo parvis, quod in quinque diebus | potuissent 5  
 et non ad satietatem totali- | ter comedisse. Unde frater, qui 6, 7  
 sanus | quidem set sine viribus fuit, cum maximo | labore 8  
 et dolore, libenter tamen de deser- | to eduxit. Infirmus 9  
 autem frater plus sa- | no quam sibi compatiens illi frequen- 10, 11  
 ter | dicebat, quod ipsum in deserto relinqueret | tanquam 12  
 mortuum et truncum inutilem, | ne per occupationem ipsius 13  
 negligenter<sup>12</sup> opus | dei; qui nequaquam consensit, set usque | 14, 15  
 ad mortem ipsius secum in itinere labora- | vit. Pagani co- 16  
 mites vie ipsorum, creden- | tes ipsos habere pecuniam, fere 17, 18  
 eos oc- | ciderant perquirendo. Transito autem | deserto sine 19  
 omni via et semita, tricesi- | mo septimo die venerunt in 20, 21  
 terram Sar- | racenorum, que vocatur Uela,<sup>13</sup> in civita- | tem 22  
 Bundam;<sup>14</sup> ubi nullo modo apud | aliquem poterant hospitium 23  
 obtinere, sed in | campo manere oportuit, in pluvia | et fri- 24, 25

<sup>11</sup> Recte: nolentes ...

<sup>12</sup> Sic! — Recte: negligeret ...

<sup>13</sup> Vide p. 13.

<sup>14</sup> Ibid.

26 gore. Diebus<sup>15</sup> vero frater, qui sanus | fuit, sibi et infirmo  
 27, 28 fratri helemosinam | per civitatem querebat, et tam in potu |  
 29 quam in aliis potuit invenire, precipue | a principe civitatis,  
 30, 31 qui eum christianum | esse intelligens, libenter ei helemosi- |  
 32 nas porrigebat, quia tam princeps quam | populus illius re-  
 33, 34 gionis publice dicunt, | quod cito fieri debebant christiani  
 35 et ecclesie | Romane subesse. Inde ad aliam civi- | tatem  
 36 processerunt, ubi predictus frater | infirmus, Gerardus no-  
 37, 38 mine sacerdos, in do- | mo Sarraceni, qui eos propter Deum  
 39 rece- | pit, in domino obdormivit, et est sepultus | ibidem.  
 40 Postmodum frater Iulianus, qui | [f. 365 r, sinistr.] solus re-  
 1 manserat, nesciens qualiter pos- | set habere processum, fac-  
 2, 3 tus est serviens unius | sarraceni sacerdotis et uxoris ipsius,  
 4 qui | fuit in magnam bulgariam<sup>16</sup> profecturus, | quo et pariter  
 5, 6 pervenerunt. Est vero mag- | na Bulgaria regnum magnum  
 7 et potens, | apolentas habens civitates; set omnes sunt | pa-  
 8 gani. In regno illo publicus est sermo, | quod cito debeant  
 9, 10 fieri christiani, et Romane | ecclesie subiugari; set diem as-  
 11 serunt se | nescire, sicut enim a suis sapientibus audi- | verunt.  
 12, 13 In una magna eiusdem provin- | cie civitate, de qua dicuntur  
 14 egredi quin- | quaginta milia pugnatorum, frater unam | Un-  
 15 garicam mulierem invenit, que de | terra, quam querebat, ad  
 16, 17 partes illas tradi- | ta fuit viro. Illa docuit fratrem vias, per |  
 18 quas esset iturus, asserens quod ad duas die- | tas ipsos pos-  
 19 set Ungaros, quos querebat, | procul dubio invenire; quod et  
 20, 21 factum est. Inve- | nit enim eos iuxta flumen magnum ethyl;<sup>17</sup> |  
 22 qui eo viso, et quod esset Ungarus christianus, | intellecto,  
 23, 24 in adventu ipsius non modicum | sunt gavisi, circumducentes  
 25 eum per domos | et villas, et de rege et regno Ungaro- | rum  
 26 christianorum fratrum ipsorum fideliter perqui- | rentes, et  
 27 quecumque volebat, tam de fide, | quam de aliis eis propo-  
 28, 29 nere, diligentissime | audiebant, quia omnino habent Un-  
 30 garicum ydi- | oma, et intelligebant eum, et ipse eos. Pa- | gani  
 31 sunt, nullam Dei habentes notitiam; | set nec ydola vene-  
 32 rantur; set sicut bestie vi- | vunt; terras non colunt, carnes  
 33, 34 equinas, lu- | pinas et huiusmodi comedunt; lac equi- | num  
 35 et sanguinem bibunt. In equis et ar- | mis habundant, et stre-  
 36, 37 nuissimi sunt in | bellis. Sciunt enim per relationes antiquo-  
 38 rum, | quod isti Ungari ab ipsis descenderant; set | ubi es-  
 39 sent ignorabant.<sup>18</sup> Gens tartarorum | vicina est illis, set hii-  
 40 dem tartari commi- | [f. 365 v, dextr.] ittentes cum eis, non  
 1, 2 poterant eos in bello | devincere; ymo in primo prelio de-  
 3 victi sunt | per eos. Unde ipsos sibi amicos et socios | ele-  
 4 gerunt, ita quod simul iuncti quindecim | regna vastaverunt  
 5, 6 omnino. In hac Un- | garorum terra dictus frater invenit  
 7 thartaros | et nuntium ducis Tartarorum, qui sciebat Un- | ga-

<sup>15</sup> Recte: dictus.

<sup>16</sup> Magna Bulgaria = Bileria, regnum Bulgarorum iuxta fl. Volga.

<sup>17</sup> Fl. Ethyl id est Bjelaja; vide p. 14.

<sup>18</sup> Scripta de Ungaris Magnae Ungariae vide pp. 14—16.

ricum, Ruthenicum, Cumanicum, Theo- | tonicum, Sarrace- 8  
 nicum<sup>19</sup> et Tartaricum; qui | dixit, quod exercitus Thartaro- 9  
 rum, qui tunc ibi- | dem ad quinque dietas vicinus erat, 10, 11  
 contra | Alemaniam vellet ire; set alium exercitum, | quem 12  
 ad destructionem Persarum miserant, expec- | tabant. Dixit 13  
 etiam idem, quod ultra terram th- | artarorum esse gens 14  
 multa nimis, omnibus | hominibus altior et maior, cum capi- 15, 16  
 tibus adeo | magnis, quod nullo modo videntur suis corpo- 17  
 ribus | convenire, et quod eadem gens de terra sua exi- | 18  
 re proponit, pugnaturi cum omnibus, qui eis resistere | vo- 19  
 luerint, et vastaturi omnia regna quecumque | poterunt sub- 20  
 iugare. Frater, hiis omnibus intellec- | tis, licet ab Ungaris 21  
 invitaretur, ut maner- | et, donec decrevit, duplici ratione, 22  
 una, quia | si regna paganorum et terra Ruthinorum, | que 23, 24  
 sunt media inter Ungaros christianos | et illos, audirent, quod 25  
 illi ad fidem catho- | licam invitarentur, dolerent, et vias 26, 27  
 omnes | forsitan de cetero observarent, timentes, quod | si 28  
 illos istis contingeret christianitate con- | iungi, omnia regna 29  
 intermedia subiuga- | rent; alia ratione, quoniam cogitabat, 30, 31  
 quod si eum | in brevi mori aut infirmari contingeret, | frustra 32  
 tus esset labor suus, eo quod nec ipse | profecisset in illis, 33  
 nec fratres Ungarie, ubi esset | genus eadem, scire possint. 34  
 Cum igitur vellet | reverti, docuerunt eum hiidem Ungari 35, 36  
 viam | aliquam, per quam posset citius pervenire. In- | cepit 37  
 autem frater redire tribus diebus ante | festum nativitatis 38  
 beati Johannis baptiste,<sup>20</sup> | et paucis diebus in via quiescens, 39, 40  
 tam per | [f. 365 v, sinistr.] aquas quam per terras, secundo 1  
 die post nativita- | tatem<sup>21</sup> domini<sup>22</sup> Ungarie portas intra- | 2  
 vit; et tamen per Ruciam et per poloniam | eques venit. In 3  
 redeundo de pre- | dicta Ungaria transivit in | fluvio regnum 4, 5  
 Morduanorum quindecim | diebus, qui sunt pagani, et adeo 6  
 homines | crudeles, qui pro<sup>23</sup> nichilo reputatur | homo ille, 7, 8  
 qui multos homines non occi- | dit; et cum aliquis in via 9  
 procedit, omnium | hominum capita, quos occidit, coram | 10, 11  
 ipso portantur, et quanto plura coram uno | quoque portan- 12  
 tur capita, tanto melior | reputatur; de capitibus vero homi- 13, 14  
 num cifos | faciunt, et libentius inde bibunt. | Uxorem ducere 15  
 non permittitur, qui homi- | nem non occidit. Isti a prophetis 16, 17  
 suis acci- | pientes, quod esse debeant christiani, miserunt | 18  
 ad ducem Magne Laudamerie,<sup>24</sup> que | est terra Ruthenorum 19  
 illis vicina, quod eis | mitteret sacerdotem, qui ipsis baptis- | 20, 21  
 mum conferret; qui respondit, non meum | hoc est facere, set 22  
 pape Romani: prope enim est tempus, | quod omnes fidem 23  
 ecclesie Romane debe- | mus suscipere et eius obedientie 24, 25  
 sub- | iugari. 26

<sup>19</sup> Scil. Bulgarum.

<sup>20</sup> 21. Iunii a. 1236.

<sup>21</sup> Recte: nativitatem...

<sup>22</sup> 27. Decembris a. 1236.

<sup>23</sup> Recte: quod pro...

<sup>24</sup> Magna Laudameria id est Vladimir.

## II.

**Descriptio itineris prioris fr. Iuliani a fr. Richardo.**

Exempl. Cod. Bibl. Riccardiana Florentina sg.: „Riccardianus 228.“  
fol. 328<sup>r</sup>-v, 329<sup>r</sup>-v. Inventum ab *Emerico Várady*. (Vide tab. V—VIII.)

[f. 323 r] *De facto Ungarie Magne a fratre Riccardo  
1 invento, tempore domini Gregorii pape noni.*

Inventum fuit in gestis Ungarorum christianorum, quod  
2 esset alia Hungaria Maior, de qua septem | duces cum popu-  
3 lis suis egressi fuerant, ut habitandi quererent sibi locum;  
4 eo quod terra ipsorum | multitudinem inhabitantium susti-  
5 nere non posset; qui cum multa regna pertransissent, et  
6 destruxis- | sent, tandem venerunt in terram, que nunc Hungaria  
7 dicitur; tunc vero dicebatur pascua roma- | maior et  
8 norum; quam ad inhabitandum pre terris Ungnaria  
9 ceteris elegerunt; subiectis sibi populis qui minor.  
10 tunc habitabant | ibidem. Ubi tandem per  
11 sanctum Stephanum primum ipsorum re-  
12 gem ad fidem catholicam sunt reversi; priori- | bus Ungaris a  
13 quibus isti descenderant, in infidelitate permanentibus; sicut  
14 et hodie sunt pagani. | Fratres igitur predicatorum, hiis in  
15 gestis Ungarorum inventis, compassi Ungaris a quibus se  
16 descen- | disse noverunt; quod adhuc in errore infidelitatis  
17 manerent; miserunt quattuor de fratribus ad il- | los que-  
18 rendum, ubicumque eos possent iuvante domino invenire.  
19 Sciebant enim per scripta antiquorum | quod ad orientem  
20 essent; ubi essent penitus ignorabant. Predicti vero fratres  
21 qui missi fuerant, multis | se exponentes laboribus per mare  
22 per terras eos usque post annum tertium quesiverunt; nec  
23 tamen propter | multa viarum pericula poterant invenire;  
24 uno ipsorum excepto sacerdote nomine Octo, qui tantum |  
25 sub mercatoris nomine processit, qui in quodam Regno paga-  
26 norum quosdam de lingua illa inve- | nit; per quos certus  
27 efficiebatur, ad quas partes manerent; set illorum provin-  
28 ciam non intravit; in- | mo in Ungariam est reversus; pro  
29 fratribus pluribus assumendis; qui cum ipso redeuntes fidem  
30 illis | catholicam predicarent. Set multis fractus laboribus  
31 post octavum redditus sui diem, cum | omnem viam illos  
32 querendi exposuisset, migravit ad Christum. Fratres vero  
33 predicatorum in- | fidelium conversionem desiderantes, quat-  
34 tuor fratres ad querendam gentem predictam iterato mi- |  
35 serunt; qui accepta fratrum suorum benedictione, habitu re-  
36 gulari in secularem mutato, barbibus et | capillis ad modum  
37 paganorum nutritis, per Bulgariam Assani, et per Romaniam  
38 cum ducatu et | expensis domini Bele nunc Regis Ungarie,  
39 usque Constantinopolim pervenerunt; ubi intrantes in ma- |  
40 re per triginta et tres dies venerunt in terram que vocatur  
41 Sychia; in civitate que Matri- | ca nuncupatur; quorum Dux  
42 et populi se christianos dicunt; habentes litteras et sacer-

dotes | Grecos. Princeps centum dicitur habere uxores; om- 26  
nes viri caput omnino radunt et barbas | nutriunt delicate;  
nobilibus exceptis, qui in signum nobilitatis super auriculam 27  
sinistram | paucos relinquunt capillos; cetera parte capitis 28  
tota rasa. Ubi propter societatis spem, quam expec- | ta-  
bant, quinquaginta diebus moram fecerunt. Deus autem de- 29  
dit ipsis gratiam in conspectu domine, que | super centum  
uxores regis maior erat, ita ut mirabili eos amplexaretur 30  
affectu, et in omnibus | eis necessariis providebat. Inde pro-  
gressi consilio et adiutorio dicte domine per desertum ubi 31  
nec do- | mos nec homines invenerunt, diebus tredecim  
transiverunt; ibique venerunt in terram, que Ala- | nia dicitur;  
ubi christiani et pagani mixtim manent; quot sunt ville, 33  
tot sunt duces, quorum | nullus ad alium habet subiectionis  
respectum; ibi continua est guerra ducis contra du- | cem;  
ville contra villam. Tempore arandi omnes unius ville homi- 35  
nes armati simul ad Campum | vadunt; simul omnes metunt,  
et contiguo terre spatio hec exercent; et quicquid extra vil- 36  
las | [f. 328 v] sive in lignis acquirendis, sive in aliis operis  
habent, vadunt omnes pariter et armati; nec possunt | ullo  
modo pauci per totam septimanam de villis suis quacumque 2  
de causa egredi absque periculo | personarum; excepta sola  
die dominica; a mane usque ad vesperam que in tanta de- 3  
votione aput illos | habetur, quod tunc quilibet, quantum-  
cumque mali fecerit, vel quotcumque habeat adversarios, se- 4  
curus | potest sive nudus sive armatus, etiam inter illos quo-  
rum parentes occidit, vel quibus alia mala | intulit ambulare. 5  
Illi qui christiano ibi censentur nomine, hoc observant, quod 6  
de vase illo nec bi- | bunt nec comedunt, in quo murem mori  
contingit, vel de quo canis comedit, nisi prius | a suo presbi- 7  
tero fuerit benedictum; et qui aliter facit, a christianitate 8  
efficitur alienus; et si quis eorum | quocumque casu hominem  
occidit, pro eo neq penitentiam nec benedictionem accipit; 9  
inmo aput | eos homicidium pro nichilo reputatur; crucem 10  
in tanta habent reverentia, quod pauperes sive indige- | ne  
sive advene, qui multitudinem secum habere non possunt, si 11  
crucem qualemcumque super hastam | cum vexillo posuerint,  
et elevatam portaverint, tam inter christianos quam inter 12  
paganos, omni tempore se- | cure incedunt. De loco illo  
fratres societatem habere non poterant procedendi, propter 13  
timorem tar- | tarorum, qui dicebantur esse vicini; propter  
quod duobus ex ipsis revertentibus, reliquis duobus per- 14  
seve- | rantibus in eadem terra, in penuria maxima  
sex mensibus sunt morati; infra quos nec panem, | nec  
potum preter aquam habebant, set unus fratrum sacer- 16  
dos coclearia et quedam alia prepara- | vit; pro quibus ali-  
quando parum de milio receperunt; de quo non nisi tenuerit 17  
nimis poterant | sustentari; unde decreverunt duos ex se 18  
vendere quorum pretio alii ceptum iter perficerent; | set non  
invenerunt emptores, quia arare et molere nesciverunt. Unde 19

19 necessitate coacti | duo ex eis de illis partibus versus Un-  
 20 gariam redierunt; alii vero remanserunt ibidem, nolentes |  
 21 desistere ab itinere inchoato. Tandem ipsi habita quorum-  
 22 dam paganorum societate, iter arripien- | tes, per deserti  
 23 solitudinem triginta septem diebus continue iverunt. Infra  
 24 quos viginti duobus | panibus subcinericiis usi sunt; adeo  
 25 parvis, quod in quinque diebus potuissent, et non ad satiet-  
 26 tatem | totaliter comedissee. Unde frater, qui sanus quidem  
 27 set sine viribus fuit, cum maximo labo- | re et dolore, liben-  
 28 ter tamen de deserto eduxit. Infirmus autem frater plus  
 29 sano quam sibi com- | patiens illi frequenter dicebat, quod  
 30 ipsum in deserto relinqueret tamquam mortuum et truncum  
 31 inuti- | lem, ne per occupationem ipsius negligenter<sup>1</sup> opus  
 32 Dei; qui nequaquam consensit, set usque ad mortem | ipsius  
 33 secum in itinere laboravit. Pagani comites vie ipsorum cre-  
 34 dentes ipsos habere pecuniam | fere eos occiderant perqui-  
 35 rendo. Transito autem deserto sine omni via et semita tri-  
 36 cesimo septi- | mo die venerunt in terram sarracenorum, que  
 37 vocatur Veda, in civitatem Bundaz; ubi nullo modo | apud  
 38 aliquem poterant hospitium obtinere, set in campo manere  
 39 oportuit; in pluvia et frigore. | Diebus<sup>2</sup> vero frater, qui sanus  
 40 fuit sibi et infirmo fratri helemosynam per civitatem quere-  
 41 bat, et tam in | potu quam in aliis potuit invenire; precipue  
 42 a principe civitatis, qui eum christianum esse intelli- | gens  
 43 libenter ei helemosynas porrigebat, quia tam princeps quam  
 44 populus illius regionis pu- | blice dicunt, quod cito fieri de-  
 45 bebant christiani et ecclesie Romane subesse. Inde ad aliam  
 46 civitatem | processerunt, ubi predictus frater infirmus Ge-  
 47 rardus nomine sacerdos in domo sarraceni, qui eos propter |  
 48 Deum recepit, in domino obdormivit, et est sepultus ibidem.  
 49 Postmodum frater Iulianus qui so- | lus remanserat, nesciens  
 50 qualiter posset habere processum, factus est serviens unius  
 51 sarraceni, | sacerdotis et uxoris ipsius, qui fuit in magnam  
 52 bulgariam profecturus, quo et pariter pervenerunt. | Est vero  
 53 magna Bulgaria regnum magnum et potens apulentas habens  
 54 civitates, set omnes sunt | [f. 329 r] pagani. In regno illo  
 55 1 publicus est sermo, quod cito debeant fieri christiani, et Ro-  
 56 mane ecclesie sub- | iugari, set diem asserunt se nescire,  
 57 2 sicut enim a suis sapientibus audiverunt. In una | magna  
 58 3 eiusdem provincie civitate, de qua dicuntur egredi quinquag-  
 59 4 inta milia pugnatorum, | frater unam Ungaricam mulierem  
 60 5 invenit, que de terra quam querebat, ad partes illas tra- |  
 61 dita fuit viro. Illa docuit fratrem vias, per quas esset iturus,  
 62 asserens quod ad duas dietas ipsos | posset Ungaros, quos  
 63 6 querebat procul dubio invenire, quod et factum est. Invenit  
 64 enim eos iuxta | flumen magnum ethyl, qui eo viso et quod  
 65 7 esset Ungarus christianus, intellecto, in adventu ipsius | non  
 66 8 modicum sunt gavisi; circumducentes eum per domos et vil-

<sup>1</sup> Recte: negligeret...

<sup>2</sup> Recte: Dictus...

las, et de Rege et regno Ungarum christianorum fratrum  
 ipsorum fideliter perquirentes; et quecumque volebat, tam 9  
 de fide, quam de aliis eis proponere, diligentissime audie- 10  
 bant; quia omnino habent Ungaricum ydioma, et intellige-  
 bant eum et ipse eos; pagani sunt; nullam Dei habentes 11  
 notitiam; set, nec ydola venerantur; set sicut bestie vivunt; 12  
 terras non colunt; carnes equinas, lupinas et huiusmodi  
 comedunt; lac equinum et sanguinem bibunt. In equis et 13  
 armis abundant; et strenuissimi sunt in bellis. Sciunt enim 14  
 per relationes antiquorum, quod isti Ungari ab ipsis descen-  
 derant, set ubi essent, ignorabant. Gens thartarorum vicina 15  
 est illis, set hiis dem thartari committentes cum eis non 16  
 poterant eos in bello devincere; inmo in primo prelio  
 devicti sunt per eos. Unde ipsos sibi amicos et socios elegerunt, 17  
 ita quod simul iuncti, quindecim regna vastaverunt  
 omnino. In hac Ungarorum terra dictus frater invenit thartaros 18  
 et nuntium ducis thartarorum, qui sciebat Ungaricum, 19  
 Ruthenicum, Cumanicum, Theoticum, Sarracenicum, et  
 Thartaricum; qui dixit quod exercitus thartarorum, qui tunc 20  
 ibidem ad quinque dietas vicinus erat, contra alemaniam 21  
 vellet ire; set alium exercitum quem ad destructionem per-  
 sarum miserant expectabant. Dixit etiam idem, quod ultra 22  
 terram thartarorum esse gens multa nimis, omnibus ho-  
 minibus altior et maior cum capitibus adeo magnis, quod 23  
 nullo modo videntur suis corporibus convenire; et quod 24  
 eadem gens de terra sua exire proponit, pugnaturi cum om-  
 nibus qui eis resistere voluerint, et vastaturi omnia regna 25  
 quecumque poterant subiugare. Frater hiis omnibus intel-  
 lectis licet ab Ungaris invitaretur, ut maneret, donec decre- 26  
 vit; duplici ratione. Una, quia si Regna paganorum et 27  
 terra Ruthinorum que sunt media inter Ungaros christia-  
 nos et illos, audirent, quod illi ad fidem catholicam invita- 28  
 rentur, dolerent, et vias omnes forsitan de cetero obser- 29  
 varent, timentes quod si illos istis contingeret, christianitate  
 coniungi, omnia regna inter media subiugarent. Alia ratione, 30  
 quoniam cogitabat, quod si eum in brevi mori aut infirmari  
 contingeret, frustratus esset labor suus; eo quod nec ipse 31  
 profecisset in illis, nec fratres Ungarie ubi esset gens eadem 32  
 scire possint. Cum igitur vellet reverti ducerunt eum  
 hiisdem Ungari viam aliam per quam posset citius pervenire. 33  
 Incepit autem frater redire tribus diebus ante festum nati- 34  
 vitarum beati Iohannis baptiste; et paucis diebus in via  
 quiescens, tam per aquas, quam per terras, secundo die post 35  
 nativitatem domini Ungarie portas intravit; et tamen per  
 Ruciam et per Poloniam eques venit. In redeundo de pre- 36  
 dicta Ungaria transivit in fluvio Regnum Morduanorum 37  
 quindecim diebus qui sunt pagani; et adeo homines cru-  
 deles, qui<sup>3</sup> pro nichilo reputatur homo ille, qui multos homi- 38

<sup>3</sup> Recte: quod pro...

38 nes non occidit; et cum aliquis in | via procedit omnium  
 39 hominum capita quos occidit, coram ipso portantur, et quanto  
 plura | coram unoquoque portantur capita, tanto melior re-  
 40 putatur; de capitibus vero hominum civos | [f. 329 v] faciunt,  
 1 et libentius inde bibunt. Uxorem ducere non permittitur, qui  
 hominem non occidit. | Isti a prophetis suis accipientes, quod  
 2 esse debeant christiani; miserunt ad ducem magne Laudame-  
 me- | rie, que est terra Ruthenorum illis vicina, quod eis  
 3 mitteret sacerdotem, qui ipsis baptismum | conferret; qui  
 4 respondit, non meum hoc est facere, set pape Romani, prope  
 enim est tempus, quod | omnes fidem ecclesie Romane de-  
 5 bemus suscipere, et eius obedientie subiugari. |

## III.

## Descriptio itineris prioris fr. Iuliani a fr. Richardo.

Exempl. Cod. „Pal. Lat. 965.“ fol 201r—v, 202r—v, 203r—v. Inventum a Jos. In. Desericzky et iterum a Ladislao Bendefy. (Vide tab, IX—XIV.)

1 [f. 201 r, sinistr.] *De facto Ungarie Magne, | a fratre*  
 2 *Ricardo ordinis fratrum pre- | dicatorum invento tempore*  
 3 *domini Gregorii noni. |*  
 4,5,6 Inventum fuit | in gestis Unga- | rorum christianorum,  
 7,8,9 quod | esset alia Unga- | ria maior, de | qua septem duces |  
 10,11 cum populis suis egressi fuerant | Ut habitandi quererent  
 12 sibi locum, | eo quod terra ipsorum multitudinem inha- | bi-  
 13,14 tantium sustinere non posset. Qui | cum multa regna pertran-  
 15 sissent et | destruxissent, tandem venerunt in | terram que  
 16,17 nunc Ungaria dicitur, tunc | vero dicebatur pascua Roma-  
 18 norum, | quam inhabitandam pre terris ceteris ele- | gerunt,  
 19,20 subiectis sibi populis, qui | tunc habitabant ibidem. Ubi tan-  
 21 dem | per sanctum Stephanum primum ipsorum | Regem ad  
 22,23 fidem catholicam sunt | reversi, prioribus Ungaris a qui- |  
 24,25 bus isti descenderant, in infidelita- | te permanentibus sicut  
 26 et hodie sunt | pagani. Fratres igitur predicatorum, | hiis in  
 27,28 gestis Ungarorum inventis, | compassi Ungaris a quibus se  
 29,30 de- | scendisse noverunt, quod adhuc in | errore infidelitatis  
 1 manerent, | [f. 201 v, dextr.] miserunt quatuor de fratribus  
 2 ad | illos querendum, ubicumque possent eos | iuvante do-  
 3,4 mino invenire. Sciebant | enim per scripta antiquorum, quod  
 5 ad orientem | essent. Ubi essent, penitus ignora- | bant. Pre-  
 6,7 dicti vero fratres, qui missi | fuerant, multis se exponentes |  
 8 laboribus, per mare, per terras eos | usque post annum ter-  
 9,10 tium quesiverunt, | nec tamen propter multa viarum peri- |  
 11 cula poterant invenire. Uno eorum | excepto sacerdote, no-  
 12,13 mine Otto, qui | tantum sub mercatoris nomine pro- | cessit,  
 14,15 qui in quodam Regno paga- | norum quosdam de lingua illa  
 16 in- | venit, per quos certus efficiebatur, | ad quas partes



manerent, sed illo- | rum provinciam non intravit; ymmo in | 17, 18  
 Ungariam est reversus pro fratri- | bus pluribus assumendis, | 19, 20  
 qui | cum ipso redeunte fidem illis ca- | tholicam predica- | 21  
 rent. Sed mul- | tis fractus laboribus post octa- | vum reditus | 22, 23  
 sui diem, cum omnem | viam illos querendi exposuisset, | 24, 25  
 migravit ad Christum. Fratres vero | predicatorum infidelium | 26  
 conversionem de- | siderantes, quatuor fratres ad queren- | 27, 28  
 dum gentem predictam iterato miserunt. | Qui accepta frat- | 29, 30  
 rum suorum be- | [f. 201 v, sinistr.] nedictione, habitu regu- | 1  
 lari in | secularem mutato, barbibus et ca- | pillis ad modum | 2  
 paganorum nu- | tritis, per Bulgariam Assani, et | per Roma- | 3, 4  
 niam cum ducatu et ex- | pensis domini Bele, nunc Regis | 5, 6  
 Un- | garie, usque Constantinopolim pervene- | runt. Ibi | 7  
 intrantes in mare, per | XXXIII. dies venerunt in terram, | 8, 9  
 que vocatur Sichia, in civitate, que | Matrica nuncupatur; | 10  
 quorum dux et | populi se christianos dicunt; habentes | lit- | 11, 12  
 teras et sacerdotes grecos. Prin- | ceps centum dicitur ha- | 13  
 bere uxores; omnes | viri caput omnino radunt; et barbas | 14, 15  
 nutriunt delicate, nobilibus exceptis, | qui in signum nobili- | 16  
 tatis, super auri- | culam sinistram, paucos relinquunt | ca- | 17, 18  
 pillos; cetera parte capitis tota ra- | sa. Ubi propter socie- | 19  
 tatis spem, quam | expectabant, quinquaginta diebus mo- | 20, 21  
 ram fecerunt. Deus autem dedit ipsis | gratiam in conspectu | 22  
 domine, que super | centum uxores Regis maior erat; | ita | 23, 24  
 ut mirabili eos amplexaretur | affectu, et in omnibus eis | 25, 26  
 necessariis | providebat. Inde progressi consilio | et adiuto- | 27  
 rio predictae domine per deser- | tum, ubi nec homines, nec | 28, 29  
 domos | invenerunt, diebus XIII. transiverunt. | [f. 202 r, | 30  
 dextr.] Ibique venerunt in terram, que Ala- | nia dicitur, | 1  
 ubi christiani et pagani | mixtim manent. Quot sunt ville, | 2, 3  
 tot sunt duces, quorum nullus ad | alium habet subiectionis | 4, 5  
 respectum. Ibi | continue est guerra ducis contra | ducem, | 6  
 ville contra villam. Tempore | arandi omnes unius ville ho- | 7, 8  
 mines | armati simul ad campum vadunt, | simul et omnes | 9  
 metunt et conti- | guo terre spacio hec exercent, et quid- | 10, 11  
 quid extra villam sive in lignis | acquirendis sive in aliis | 12, 13  
 operis ha- | bent, vadunt omnes pariter et arma- | ti(;) nec | 14  
 possunt ullo modo pauci per | totam septimanam de villis | 15, 16  
 suis qua- | cumque de causa egredi absque periculo | perso- | 17  
 narum, excepta sola die domenica, | a mane usque ad vespe- | 18, 19  
 ram, que in | tanta devocione apud eos habe- | tur, quod | 20  
 tunc quilibet, quantumcumque ma- | li fecerit, vel quocum- | 21, 22  
 que habeat ad- | versarios, securus potest sive nu- | dus, sive | 23  
 armatus, etiam inter il- | los quorum parentes occidit, vel | 24, 25  
 qui- | bus alia mala intulit ambula- | re. Illi qui christiano | 26  
 ibi censentur nomine | hoc observant, quod de vase illo nec | 27, 28  
 bibunt nec comedunt, in quo murem | mori continget, vel de | 29, 30  
 quo canis | [f. 202 r, sinistr.] comedit, nisi prius fuit a suo | 1  
 presbitero benedictum; et qui aliter facit, | a christianitate | 2  
 efficitur alienus. Et si | quis eorum quocumque casu homi- | 3, 4

5 nem | occidit, pro eo nec penitentiam<sup>1</sup> nec bene- | dictionem  
6, 7 accipit; ymmo apud eos ho- | micidium pro nichilo reputa-  
8 tur. Cru- | cem in tanta habent reverentia, quod | pauperes  
9, 10 sive indigene sive ad- | vene, qui multitudinem secum ha-  
11 bere | non possunt, si crucem qualemcumque super | hastam  
12, 13 cum vexillo posuerint, et | elevatam portaverint, tam inter |  
14 christianos, quam inter paganos, omni tem- | pore secure  
15, 16 incedunt. De loco illo | fratres societatem habere non pote- |  
17 rant procedendi, propter timorem tarta- | rorum qui dice-  
18, 19 bantur esse vicini, propter | quod duobus ex ipsis reverten-  
20 tibus, | reliquis duobus perseverantibus in | eadem terra, in  
21, 22 penuria maxima | sex mensibus sunt morati, infra | quos nec  
23, 24 panem nec potum preter | aquam habebant. Set unus frater |  
25 sacerdos coclearia et quedam alia | preparavit, pro quibus  
26, 27 aliquando parum | de milio receperunt,<sup>2</sup> de quo | non nisi  
28, 29 tenuiter nimis pote- | rant sustentari. Unde decreverunt |  
30 duos ex se vendere, quorum pretio alii | [f. 202 v, dextr.]  
1, 2 ceptum iter<sup>3</sup> perficerent; sed non | invenerunt emptores, quia  
3 arare | et molere nesciverunt. Unde necessi- | tate coacti,  
4, 5 duo ex eis de illis | partibus versus Ungariam redierunt, |  
6, 7 alii vero remanserunt ibidem nolen- | tes desistere ab itinere  
8 inchoato. Tan- | dem ipsi habita quorundam pagano- | rum  
9, 10 societatem, iter arripientes per | deserti solitudinem XXXVII.  
11 diebus | continuo iverunt, infra quos XXII. | panibus subci-  
12, 13 nericiis usi sunt | adeo parvis, quod in quinque diebus | po-  
14, 15 tuissent, et non ad satietatem | totaliter comedisse. Unde  
16 frater, | qui sanus quidem sed sine viribus | fuit cum maximo  
17, 18 labore et dolo- | re, libenter tamen de deserto eduxit. | In-  
19, 20 firmus autem frater plus sano, quam | sibi compaciens illi  
21 frequenter dice- | bat, quod ipsum in deserto relinqueret |  
22, 23 tamquam mortuum, et truncum in- | utilem; ne propter occu-  
24 pationem ipsius | negligeret opus dei; qui nequa- | quam  
25, 26 consensit, sed usque ad mortem | ipsius secum in itinere  
27 laboravit. | Pagani comites vie ipsorum, cre- | dentes ipsos  
28, 29 habere pecuniam, | fere eos occiderant perquirendo. | Trans-  
30 ito autem deserto sine omni | [f. 202 v, sinistr.] via et semita,  
1, 2 XXXVII.<sup>o</sup> die vene- | runt in terram Sarracenorum, que |  
3, 4 vocatur Ueda in civitate Bun- | dam; ubi nullo modo apud  
5 ali- | quem poterant hospicium obtinere, | sed in campo ma-  
6, 7 nere oportuit | in pluvia et frigore. Diebus<sup>4</sup> vero | frater qui  
8, 9 sanus fuit, sibi et | infirmo fratri elemosinam per civi- | tatem  
10, 11 querebat, et tam in potu, quam | in aliis potuit invenire,  
12 precipue | a principe civitatis qui eum christia- | num esse  
13, 14 intelligens, libenter ei elemo- | sinas porrigebat, quia tam  
15 Prin- | cipes<sup>5</sup> quam populus illius regionis publice | dicunt,

<sup>1</sup> In ms.: pniam.

<sup>2</sup> Hic scriptum et tersum est: pro quo, ...

<sup>3</sup> Hic scriptum et tersum est: s

<sup>4</sup> Recte: Dictus ...

<sup>5</sup> Sic!

quod cito fieri debeant christiani, | et ecclesie Romane sub- 16, 17  
 esse. Inde | ad aliam civitatem processerunt, ubi | predictus 18  
 frater infirmus, Gerardus | nomine sacerdos in domo Sarra- 19, 20  
 ce- | ni, qui eos propter Deum recepit in | domo<sup>6</sup> obdormivit, 21  
 et est sepultus | ibidem. Postmodum frater Iu- | lianus, qui 22, 23  
 solus remanserat, | nesciens qualiter posset habere | reces- 24, 25  
 sum,<sup>7</sup> factus est serviens unius | Sarraceni Sacerdotis et 26, 27  
 uxoris | eius, qui in magnam Bulgariam | profecturus, quo 28  
 et pariter pervenerunt. | Est vero magna Bulgaria | [f. 203 r, 29, 30  
 dextr.] Regnum magnum et potens opulen- | tas habens civi- 1  
 tates, sed omnes sunt | pagani. In regno illo publicus | est 2, 3  
 sermo, quod cito fieri debeant christi- | ani et Romane eccle- 4, 5  
 sie subiugari; | sed diem asserunt se nescire, sic | enim a 6  
 suis sapientibus audierunt. | In una magna eiusdem provin- 7, 8  
 cie | civitate, de qua dicuntur egre- | di quinquaginta milia 9, 10  
 pugnatorum, | frater unam mulierem Ungaricam | invenit, 11  
 que de terra quam haberet,<sup>8</sup> | ad partes illas tradita fuit 12, 13  
 viro. | Illa docuit fratrem vias per quas | esset iturus asse- 14  
 rens, quod ad duas | dietas ipsos posset Ungaros, quos | 15, 16  
 querebat, procul dubio invenire, | quod et factum est. Invenit 17, 18  
 enim | eos iuxta flumen magnum | Ethil. Qui eo viso, et 19, 20  
 quod esset | Ungarus intellecto, in adventu ipsius | non mo- 21  
 dicum sunt gavis; circumducen- | tes eum per domos et 22, 23  
 villas, et de | Rege et Regno christianorum fratrum | ipso- 24  
 rum fideliter perquirentes. Et que- | cumque volebat tam 25, 26  
 de fide, quam de | aliis eis proponere, diligentissime au- | die- 27  
 bant, quia omnino habent Ungaricum | ydioma; et intelligebant 28, 29  
 eum et ipse | eos. Pagani sunt, nullam dei habentes | [f. 30  
 203 r, sinistr.] noticiam, sed nec ydola venerantur; | sed 1  
 sicut bestie vivunt; terras non | colunt; carnes equinas, lupi- 2, 3  
 nas | et huiusmodi comedunt; lac equinum | et sanguinem 4  
 bibunt. In equis | et armis habundant, et strenu- | issimi sunt 5, 6  
 in bellis. Sciunt | enim per revelationes antiquorum, quod | 7, 8  
 isti Ungari ab ipsis descende- | rant, sed ubi essent ignora- 9, 10  
 bant. | Gens Tartarorum vicina est eis. | Sed iidem Tartari, 11, 12  
 committentes | cum eis non poterant in bello eos | devincere, 13  
 ymmo in primo prelio de- | victi sunt per eos. Unde ipsos 14, 15  
 sibi | amicos et socios elegerunt; | ita quod simul iuncti XV. 16, 17  
 Regna | vastaverunt omnino. In hac | Ungarorum terra, dic- 18, 19  
 tus frater inve- | nit Tartaros, et nuncium ducis | Tartaro- 20  
 rum, qui sciebat Ungari- | cum, Ruthenicum, Cumanicum, | 21, 22  
 Theoticum, Sarracenicum, et | Tartaricum, qui dixit quod 23, 24  
 exercitus | Tartarorum, qui tunc ibidem ad quin- | que dietas 25  
 vicinus erat, contra Alaman- | niam vellet ire. Sed alium<sup>9</sup> 26, 27  
 quem | ad destructionem persarum miserat<sup>10</sup> | expectabant. 28

<sup>6</sup> Recte: in domino...

<sup>7</sup> Recte: processum...

<sup>8</sup> Recte: querebat...

<sup>9</sup> Recte: alium exercitum...

<sup>10</sup> Recte: miserant...

29, 30 Dixit etiam idem, quod | ultra terram Tartarorum esset  
 1 gens | [f. 203 v, dextr.] multa nimis, omnibus hominibus |  
 2, 3 altior et maior, cum capitibus ade- | o magnis, quod nullo  
 4 modo viden- | tur corporibus suis convenire. Et | quod eadem  
 5, 6 gens de terra sua exire | proponit, pugnaturi cum omnibus  
 7, 8 illis | qui eis resistere voluerint; et vasta- | turi omnia Regna  
 9 quecumque<sup>11</sup> | poterunt subiugare. Frater hiis | omnibus intel-  
 10, 11 lectis, licet ab Ungaris | invitaretur ut maneret, non<sup>12</sup> decre-  
 12, 13 vit | duplici ratione. Una, quia si Reg- | na paganorum et  
 14 terra Ruthenorum | que sunt media inter Ungaros | chrispi-  
 15 nos<sup>13</sup> et illos, audirent quod illi | ad fidem catholicam invi-  
 16, 17 tarentur, | dolerent, et vias omnes de cetero | observarent,  
 18, 19 timentes quod si illos | istis contingeret chrispianitate con- |  
 20, 21 iungi, omnia Regna intermedia | subiugarent. Alia ratione,  
 22 quoniam | cogitabat quod si eum in brevi mo- | ri aut infir-  
 23, 24 mari contingeret, fru- | stratus esset labor suus, eo quod  
 25, 26 nec | ipse profecisset in illis, nec fratres | Ungarie ubi esset  
 27 gens eadem sci- | re possit.<sup>14</sup> Cum igitur vellet rever- | ti,  
 28, 29 docuerunt eum iidem Ungari vi- | am aliam per quam posset  
 30 citius | pervenire. Incepit autem frater redi- | [f. 203 v, si-  
 1 nistr.] re tribus diebus ante festum nativi- | tatis beati Iohan-  
 2, 3 nis baptiste, et pau- | cis diebus in via quiescens, tam per  
 4 aquas, | quam per terras secundo die post nativitatem | Do-  
 5, 6 mini Ungarie portas intravit, et | tamen per Ruthiam et  
 7 Poloniam eques | venit. In redeundo de predicta Unga- | ria,  
 8, 9 transivit in fluvio Regnum | Morduanorum XV. diebus qui  
 10, 11 sunt | pagani, et adeo homines crudeles | quod pro nichilo  
 12 reputatur homo ille | qui multos homines non occidit; | et  
 13, 14 cum aliquis in via procedit, omnium | hominum capita quos  
 15 occidit coram | ipso portantur; et quanto plura coram uno |  
 16, 17 quoque portantur capita tanto melior | reputatur. De capiti-  
 18 bus vero hominum | ciphos<sup>15</sup> faciunt, et libentius inde | bibunt.  
 19, 20 Uxorem ducere non permittitur | qui hominem non occidit.  
 21 Isti a prophe- | tis suis accipientes, quod esse debeant |  
 22, 23 christiani, miserunt ad Ducem magne | Landemerie<sup>16</sup> que est  
 24 terra Ruthenorum | illis vicina, quod eis mitteret sacer- |  
 25, 26 dotem qui ipsis baptismum confer- | ret. Qui respondit, non  
 27 meum est hoc | facere, sed pape Romani. Prope | enim est  
 28, 29 tempus, quod omnes fidem ecclesie | Romane debemus susci-  
 30 pere et eius obe- | diencie subiugari. |

<sup>11</sup> Hic scriptum et tersum est: potan.

<sup>12</sup> Recte: donec...

<sup>13</sup> Sic!

<sup>14</sup> Recte: possint.

<sup>15</sup> In MS. correctio posterioris temporis (*s*) videtur, sic: *sciphos*.

<sup>16</sup> Correctio posterioris temporis pro L: S; sic textus correctus:

*Sandemerie*...

## IV.

## Epistola fr. Iuliani de bello Mongolorum.

Editio Hormayriana — in op. „Die goldene Chronik von Hohenschwangau, München, 1842. Bd. II. S. 66—69.” — Inventum a Ioh. Fred. Böhmer. MS. autographum ignotum.

Venerabili in christo patri, dei gracia episcopo perutino apostolice sedis legato, frater Iulianus fratrum ordinis Predicatorum in Ungaria servus, reverentiam tam debitam quam devotam. Cum secundum mihi iniunctam obedienciam ire deberem ad magnam Ungariam cum fratribus mihi adjunctis, iniunctum nobis iter perficere cupientes, cum ad ultimos fines Bruscie<sup>1</sup> devenissemus rei subscripte veritatem didicimus. Oy res miseranda et omnibus stupenda! Ungari pagani et Bulgari et regna plurima a Tartaris sunt destructa. Quod autem sint Tartari cusjusve<sup>2</sup> secte, sicut petistis discrete, vobis tenore presentium enarrabo. Relatum est enim a pluribus, quod Tartari, qui prius inhabitabant terram quam Cumani nunc inhabitabant, dicuntur in veritate filii ysmahel, inde ysmahelite, volunt nunc Tartari appellari. Terra autem de qua prius sunt egressi Gothia<sup>3</sup> vocatur, quam Ruben Gothiani vocavit. Primum autem bellum Tartarorum taliter est inchoatum. Dux erat in terra Gotia, Gurgutha nomine, qui sororem habebat virginem, parentibus defunctis sue familie presidentem et honore virili se gerentem, ut dicitur. Expugnavit enim ducem quandam sibi vicinum et eundem bonis suis spoliavit. Elapsis autem quibusdam temporibus cum iterum eundem ducem predictum Tartarorum natio expugnare sicut consueverat niteretur, ille sibi precavens commisso bello cum predicata puella convaluit in pugnando, et eam quam prius habuit adversariam, captivavit conversoque in fugam suo exercitu ipsam in captivitate positam violavit, et in signum majoris vindicte defloratam turpiter decollavit. Quo audito frater puelle memorate Gurgutha supra dictus dux nuncio ad virum prefatum legato tale fertur mandatum transmisisse: „Intellexi quod sororem meam defloratam decollasti. Noveris te opus mihi contrarium exegisse. Si soror mea forsitan fuit tibi in quieta, dampnificans te mobilibus, ad me accedere poteris ab ea equum iudicem petiturus, vel si manibus propriis volebas te vindicare debellatam captam defloratam poteris in uxorem acceperis. Si autem occidendi propositum habuisti nullatenus debueras deflorare. Immo vero in duobus dampnificans, et virginali pudicitie turpitudinem intulisti et capitali morte eam miserabiliter condempnasti. Propter quod in vindictam necis puelle prefate scias me tecum totis viribus congressurum.” Hoc audiens dux necis perpetrator et videns se non posse resistere fugit cum suis ad Soldanum de Hornach<sup>4</sup> terra primo derelicta. His itaque peractis

<sup>1</sup> Recte: Russiae...

<sup>2</sup> Recte: cunjusve...

<sup>3</sup> Scil. Kathaj.

<sup>4</sup> Hornach (var. Ornach), P. da Carpino: Ornas (Ornac, Orna); Bene-

erat dux quidam in terra Cumanorum nomine Witoph, cujus divitiae tam preclare predicabantur, quod etiam pecora sua in aureis canalibus in campis pascebantur. Quem dux alius de flumine Buchs<sup>5</sup> nomine Urech propter divitias expugnavit et devicit. Qui devictus cum duobus filiis suis et paucis quibusdam, qui de belli periculo evaserunt, ad dictum soldanum de Hornach transfugit. Soldanus vero injurie, quam sibi forte quondam intulerat reminiscens quia vicinus fuerat, receptum in porta suspendit et populum suum dominio suo subiugavit. Duo filii Witoph fugam protinus arripuerunt. Et quia refugium alias non habuerunt ad prefatum Urech, qui patrem ipsorum et ipsos jam antea spoliaverat, sunt reversi. Qui ferali concitatus rabie cum equis majorem rapiens interfecit. Minor autem fugiens ivit ad Gurgutham regem Tartarorum, rogans eum obnixius, ut de his, qui patrem ejus et fratrem interfecerunt, vindictam exerceret, dicens, quod isti duci videlicet Gurguthe honor remaneret si sibi pro nece patris et spolio fratris retributio fieret et vindicta. Quod et factum est ac habita victoria rogavit iterum Gurgutham ducem juvenis prenomatus ut de soldane de Hornach vindictam acciperet pro miserabili patris nece, dicens quod et populus relictus a patre, qui ibi quasi captivus tenebatur, esset sibi presidio sui exercitus in progressu. Ille de victoria jam duplici debachatus sedulo concessit quod juvenis supplicavit. Et egressus contra soldanum victoriam habuit sibi glorificatam et honestam. Igitur quasi undique victoria fretus laudabili, Gurgutha supradictus dux Tartarorum cum toto impetu belli progressum fecit contra Persas propter quasdam guerras, quas primitus habuerat ad invicem. Ubi victoriam obtinuit perhonestam et regnum Persarum sibi penitus subiugavit. Ex his audacior effectus et fortiozem se reputans omnibus, progressum cepit facere contra regna totum mundum sibi subiugare proponens. Unde ad terram Cumanorum accedens, ipsos Cumanos superavit terram sibi subiugans eorum. Inde reversi ad magnam Ungariam de qua nostri Ungari originem habuerunt, et expugnaverunt eos quattuordecim annis et in quintodecimo anno obtinuerunt eos, sicut ipsi pagani Ungari viva voce retulerunt. Illis obtentis reversi versus occidentem spacio unius anni vel parum amplius quinque regna paganorum maxima obtinuerunt Faschiam,<sup>6</sup> Merowiam, regnum expugnarunt Bulgarum, quod quadraginta castra munitissima continebat tam populosa, quod de uno poterant exire quinquaginta milia armatorum. Ceterum et Wedint<sup>7</sup> regnum expugnabant, cujus duo principes erant, et unus principum cum toto populo et familia Tartarorum<sup>8</sup> dominio se subiecit, alter vero loca munitissima ad tuendum se petit cum paucis populis, si valeret.

---

dictus Pol.: Ornarum civitas; Albericus Mon.: Ornacia, Oruntia; in Annalibus Russicis: Arnače, Ornače id est civitas Tana, seu Tanais iuxta fl. Don.

<sup>5</sup> Recte: Bug.

<sup>6</sup> *Faschiam*, recte: *Basciriam*, aut *Bascardiam* et non id est civ. seu prov. Saksyn, sicut in op. cit. Gombocz scripsit.

<sup>7</sup> Recte: Wedin.

<sup>8</sup> Recte: Tartarorum.

Nunc autem cum in finibus Ruscie<sup>9</sup> maneremus prope rei sensimus veritatem, quod totus exercitus ad partes veniens Occidentis in quatuor partibus esset divisus. Una pars a fluvio Ethil in finibus Ruscie<sup>10</sup> a plaga orientali ad Sudal<sup>11</sup> applicuit. Altera uero pars versus meridiem jam fines Risennie qui est alius ducatus Ruthenorum regnum expugnabat. Tercia autem pars contra fluvium Denh<sup>12</sup> prope castrum Orgenusin<sup>13</sup> qui est alius ducatus Ruthenorum, resistebant. Hoc tamen expectantes sicut ipsi Rutheni, Hungari, Bulgari, qui ante fugerant nobis viva voce ferebant, quod terra fluviis et paludibus in proxima hieme congelatis totam Rusciam toti multitudini sic facile est depredari sicut totam terram Ruthenorum.

Sic tamen hec omnia intelligatis, quod dux ille primus Gurgutha nomine qui hoc bellum inchoavit, est defunctus. Nunc autem filius ejus Chayn<sup>14</sup> regnat pro eodem et residet in civitate magna Hornah, cujus regnum obtinuit pater ejus prima fronte. Residet autem tali modo: palatium habet ita magnum, quod mille equites intrant per unum hostium et eidem inclinantes equites exeunt nichilominus insidentes. Dux autem ille prefatus paravit sibi lectum pergrandem et altum columpnis aureis, lectum inquam aureum et precise coopertum, in quo sedet gloriosus et glorificatus, preciosis circumdatus indumentis. Hostia autem ipsius palatii per totum aurea sunt, per que transeunt sui equites incolomes et inunes. Alii vero nuncii si pedites transeunt per ostia vel equites et si pedibus limen hostii tangunt ibidem gladio feriuntur.<sup>14a</sup> Sed cum summa reverentia oportet quemlibet alienum pertransire. In tali vero pompa residens misit exercitus per diversas terras videlicet ultra mare et quanta ibi fecerit, forte vos audivistis. Alium autem exercitum copiosum misit juxta mare super omnes Cumanos, qui ad partes Hungariorum transfugerunt. Tercius autem exercitus obsidet Rusciam sicut dixi.

Verum ut de bello vobis significarem, dicitur, quod<sup>15</sup> longius jaciunt, quam alie consueverint nationes. In prima congressione belli, ut dicitur, non sagittant, sed quasi pluere sagittas videntur. Gladiis et lanceis minus apti dicuntur ad bellum. Taliter autem cuneum suum ordinant, quod decem hominibus unus Tartar preest, iterum centum hominibus unus centurio. Hoc ideo tali astutia factum est ne exploratores supervenientes possint inter eos aliquatenus latere. Et si forte contingeret numerum eorundem diminui per bellum, posset restitui sine mora, et populus collectus ex diversis infidelitatem aliquam non possit facere. Quemlibet denarium ex linguis diversis collegerunt. Omnium regnorum que obtinent reges et duces ac magnates, de quibus est spes quod ali-

<sup>9</sup>—<sup>10</sup> Recte: Russie.

<sup>11</sup> Recte: Susdal.

<sup>12</sup> Recte: Don.

<sup>13</sup> Scil. Woronež. (Vide Gombocz, op. cit.)

<sup>14</sup> Recte: Chan = Khan, kán = dux, nomine Ogotai.

<sup>14a</sup> Recte: ... feriuntur.

<sup>15</sup> Recte: quod sagittas longius...

quando possint facere aliquam resistantiam, interficiunt sine mora. Milites autem fortes et rusticos ad prelium ante se mittunt armatos ad preliandum sive<sup>16</sup> sponte. Alios vero rusticos ad preliandum minus aptos relinquunt ad colendam terram, et omnium tam ad prelium compulsorum quam occisorum uxores, filias et cognatas dividunt ad singulos viros terre cultui relictos, cuilibet decem, vel plures assignantes et imponunt eisdem, ut de cetero Tartari nuncupentur. Milites vero, qui ad prelium compelluntur, etsi<sup>17</sup> bene pugnant et vincunt, parva gratia eis. Si vero in prelio moriuntur nulla cura eis. Si autem in prelio retrocedunt sine misericordia a Tartaris occiduntur. Ideoque preliantes appetunt potius mori in prelio quam gladiis feriri Tartarorum. Pugnant ergo fortius, ut in posterum non vivant, sed ut citius moriantur. Castra munita non expugnant, sed prius devastant terram et populum depredantur et ejusdem terre populum congregatum compellunt ad pugnam ad expugnandum ipsum castrum. De multitudine autem ipsius exercitus vobis aliquid non scribo nisi quod omnium regnorum, que obtinent, milites ad pugnam aptos compellunt ante se preliari. Fertur a pluribus re certa et dux de Sudal mandavit per me regi Hungariorum<sup>18</sup> viva voce quod nocte dieque consilium habent Tartari, qualiter vincant et obtineant regnum Hungariorum christianorum. Propositum enim habent, ut veniant et expugnent Romam et ultra Romam. Misit ergo legatos ad regem Hungariorum, qui venientes per terram ducis de Sudal et literas regi Hungariorum missas dux ille recepit ab eis et legatos ipsos cum sociis mihi deputatis etiam vidi. Predictas literas a Noe duce de Sudal mihi datas ad regem Hungariorum deportavi. Litere autem scripte sunt literis paganis et lingua tartarica. Unde rex qui eas possint legere multos invenit, sed intelligentes non invenit. Nos autem cum transiremus per Cumaniam, paganum quendam invenimus, qui nobis eas est interpretatus. Hec sunt autem que litere continent: „Ego Chayn nuncius regis celesti cui dedit potentiam super terram subicientes mihi se exaltare et deprimere<sup>19</sup> adversantes. Miror de te Hungarorum regule, quod, cum ad te miserim tricesima vice legatos, quare ad me nullum remittis ex eisdem, sed nec nuntios tuos nec literas mihi mittis. Scio quod rex es dives et potens et multos habes sub te milites solusque gubernas<sup>20</sup> magnum regnum. Ideoque te mihi difficulter subicis sponte tua. Melius tamen tibi esset et salubrius, si te subiceres mihi sponte. Intellexi insuper, quod Cumanos servos nostros sub tua protectione suscepisti, unde mando tibi, quod eos de cetero apud te non teneas et me adversarium non habeas propter ipsos. Facilius enim est Cumanis evadere quam tibi, quia illi sine domibus cum tentoriis ambulantes possunt forsitan evadere. Tu autem in domibus habitans habes castra et civitates, quomodo effugies manus meas?”

<sup>16</sup> Recte: sine . . .

<sup>17</sup> Recte: et si . . .

<sup>18</sup> Recte: Hungarorum . . .

<sup>19</sup> In orig.: dreprimere . . .

<sup>20</sup> In orig.: gubernus . . .



Notum sit omnibus christi fidelibus, quod hoc scriptum Rex Hungarie delegavit patriarche aquilegiensi et patriarcha transmisit episcopo brixinensi et comiti tyrolensi, ut de ipsi universis christi fidelibus transmittant admonendo eos, ut deum pro ecclesia exorare studeant. Preterea scire desideramus omnes, ad quos presens scriptum pervenerit, quod lator presentium justus et veredicus sit.<sup>21</sup>

## V.

## Epistola fr. Iuliani de bello Mongolorum.

Exempl. Cod. „Pal. Lat. 443.“ fol. 105<sup>r</sup> et 105<sup>v</sup>. Inventum a *Beda Dudik*.  
(Vide tab. XV—XVI.)

[f. 105 r] Viro venerabili in Christo Patri Dei Gratia 1  
Perusino Episcopo, Apostolice Sedis Legato, frater Iulia- 2  
nus | Fratrum Ordinis Predicatorum in Ungaria, Servus 2  
Vestre Sanctitatis, Reverentiam tam de- | bitam, quam de- 3  
votam. Cum secundum iniunctam mihi Obedientiam ire de- 3  
berem ad mag- | nam Ungariam cum fratribus mihi adiunc- 4  
tis, iniunctum nobis iter arripere cupientes, | cum ad ultimos 5  
fines Brussie devenissemus, rei dedimus veritatem, quod 5  
omnes | thartari,<sup>1</sup> qui etiam Ungari pagani vocantur, et Bul- 6  
gari, et Regna quam plurima | a Thartaris penitus sunt de- 7  
vastata. Quid autem sint Thartari, cuiusve secte sint, | prout 8  
melius potuimus directe Vobis tenore presentium enarrabi- 8  
mus. Relatum est | mihi a quibusdam, quod Thartari inhabi- 9  
tabant terram prius, quam nunc Cumani inha- | bitant, et 9  
dicuntur in veritate filii ysmahelis, unde et Ysmahelite vo- 10  
lunt nunc | thartari nuncupari. Terra autem, de qua prius 11  
sunt egressi, Gotta vocatur, quam | Ruben Gottam vocavit. 12  
Primum autem bellum Thartarorum sic est inchoatum: | Do- 13  
minus erat in terra Gotta, Gurgatam nomine, qui sororem 13  
habebat virginem, paren- | tibus defunctis sue familie presi- 14  
dentem, et more virili, ut dicitur, se gerentem. | Expugnabat 14  
quendam ducem vicinum, et eundem suis spoliabat. Elapsis | 15  
autem quibusdam diebus, cum Ducem iterum predictum 16  
Thartarorum natione, sicut consueverat, | expugnare nitere- 17  
tur; ille sibi precavens, comisso bello cum puella supradicta | 17  
prevaluit in pugna, et eam, quam prius habuit adversariam, 18  
captivavit, conversoque | in fugam suo exercitu, ipsam in 19  
captivitate positam violavit, et in signum | maioris vindicte, 20  
defloratam iam turpiter decollavit. Quo audito frater | Puella 21  
memorate Gargatam supradictus Dux, nuntio ad prefatum 21  
virum | delegato, tale fertur mandatum transmississe: „Intel- 22  
lexi, quod sororem meam | captam et defloratam decollasti; 23  
noveris, quod opus mihi contrarium exegisti: Si | soror mea

<sup>21</sup> Vide p. 5—6. — <sup>1</sup> Verisimiliter recte: bascardi, qui etiam...

24 tibi forsitan fuit inquieta, dampnificans te in rebus mobili-  
 25 bus, | poteras ad me accedere, equum de ea iudicium peti-  
 26 turus; vel, si volens te | propriis manibus vindicare, debella-  
 tam captivasti et deflorasti, ducere eam po- | teras in  
 27 uxorem. Si autem eam occidendi propositum<sup>2</sup> habuisti, nulla-  
 28 tenus de- | bueras eam deflorare. Nunc vero in duobus dam-  
 nificans, et virginali | [f. 105 v] pudicicie turpitudinem in-  
 tulisti, et capitali eam mortem miserabiliter condempnasti.  
 1 Propter quod in vindictam necis puelle nominate scias, me  
 tecum totis viribus congressum." Hoc audiens Dux necis  
 perpetrator, et videns, | se non posse resistere, fugit cum  
 suis ad Soldanum de Ornach, terra propria derelicta. Hiis  
 2 itaque gestis erat dux quidam in terra Cumanorum, nomine  
 Vithut, cuius divitie tam preclare predicantur, quod etiam  
 pecora in campis in aureis | canalibus adaquantur. Quem dux  
 alius Cumanorum de flumine Buc, nomine Gureg, expugna-  
 3 vit propter divitias, et devicit. Qui devictus cum duobus fi-  
 liis et quibusdam paucis, qui de belli periculo evaserant, ad  
 iam dictum soldanum | de Ornach transfugerunt. Soldanus  
 vero memor iniurie, quam sibi quondam forte intulerat, quia  
 4 vicinus extiterat, receptum in porta ipsum suspendit, et po-  
 pulum suo dominio subiugavit. Duo vero filii eius ad Euthet  
 fugam protinus | arripuerunt; et quia refugium alias non  
 habebant, ad prefatum Euthet, qui patrem eorum et eosdem  
 5 ante spoliaverat, sunt reversi. Qui ferali attritus rabie cum  
 equis cupiens maiorem interficere; minor autem cupiens fu-  
 gere, venit ad Gur- | gatam Ducem Thartarorum iam ante  
 nominatum, rogans eum obnixius, ut de Euthet, qui patrem  
 6 spoliavit, et fratrem interficit, vindictam exerceret, dicens,  
 quod ista duo, videlicet quod Gurgatam honor remaneret, et  
 sibi pro nece fratris, | et patris spolio, retributio fieret et  
 7 vindicta. Quod ita factum est. Hac habita victoria rogavit  
 alterum ducem Gurgatam iuvenis prefatus, ut de soldano de  
 Ornach vindictam acciperet pro miserabili | nece patris; di-  
 cens, quod etiam populus relictus a patre, qui ibi quasi cap-  
 8 tivus tenebatur, esset in presidio sui exercitus in progressu.  
 Ille iam de victoria duplici corde et animo debachatus, se-  
 dulo concessit, quod iuvenis pos- | tulavit, et egressus contra  
 9 soldanum, victoriam habuit sibi glorificam et honestam. Igi-  
 tur quasi undique victoria fretus laudabili Gurgatam, supra-  
 dictus dux thartarorum; cum toto impetu belli progressum  
 fecit | contra Persas, pro quibusdam Guerris, quas primitus  
 10 habebant ad invicem; ubi victoriam habuit perhonestam, et  
 Regnum Persie sibi totaliter subiugavit. Ex hiis audacior  
 effectus, et fortiozem se reputans | omnibus super terram,  
 11 cepit facere contra regna, totum mundum sibi subiugare  
 proponens. Unde primum ad terram Cumanorum accedens,  
 ipsos Cumanos superavit, terram sibi subiugans eorumdem.

<sup>2</sup> Recte: propositam . . .

Inde reversi | ad magnam Ungariam, a quibus nostri Ungari  
 originem habuerunt, expugnaverunt eos XIII. annis, et in 12  
 XV<sup>o</sup> optinuerunt eos, sicut nobis ipsi pagani Ungari retule-  
 runt viva voce. Illis optentis | reversi versus occidentem spa-  
 tium unius anni vel parum amplius, V. regna maxima pagano- 13  
 rum obtinuerunt, Sasciam, Fulgariam;<sup>3a</sup> etiam LX.<sup>ta</sup> castra  
 munitissima capiebant tam populosa, quod de uno | eorum  
 poterant exire L.<sup>ta</sup> milia militum armatorum. Ceterum quo-  
 que et Wedin, et Merowiam, Poydowiam, Mordanorum reg- 14  
 num expugnabant. Cuius duo principes fuerunt. Et unus  
 princeps cum toto populo | et familia thartarorum dominio  
 se subiecerat. Alter vero munitissima loca ad tuendum se 15  
 petiit cum paucis populis, si valeret. Nunc autem cum nos  
 in finibus Ruscie maneremus, prope rei scimus veri- | tatem,  
 quod totus exercitus thartarorum veniens ad partes occiden- 16  
 tis, in IIII<sup>or</sup> partes est divisus. Una pars ad fluvium ethil in  
 finibus Ruscie a plaga orientali ad sudal applicuit. Altera |  
 vero pars versus meridiem iam fines Recennie, quod est 17  
 alius ducatus Rutenorum, quam nunquam expugnabat. Ter-  
 tia autem pars contra fluvium Den<sup>3</sup> prope castrum Ovche-  
 ruch, qui est alius Ducatus Ruthenorum, residebat. Hi tamen |  
 expectantes, quod sicut et ipsi Rutheni, Ungari, et Bulgari,  
 qui ante eos fugerant, viva voce nobis referebant: quod terra 18  
 fluviis et paludibus in proxima hieme congelatis totam Ru-  
 ziam toti multi- | tudini sic facile est eis depredari,<sup>4</sup> totam  
 terram Ruthenorum. Sic tamen intelligatis hec omnia, quod 19  
 ille Gurgatam Dux, primitus qui bellum inchoavit, est de-  
 functus. Nunc autem filius eius chaym regnat pro eodem, |  
 et residet in civitate magna Ornach, cuius regnum obtinuit  
 pater eius prima fronte. Residet autem tali modo: Palatium 20  
 habet tam magnum, quod mille equites intrant per unum  
 hostium et eidem<sup>5</sup> inclinantes | equites exeunt nichilominus  
 insidentes. Dux autem prefatus paravit sibi lectum grandem 21  
 et altum, columpnis aureis inixum. Lectum inquam aureum  
 et preciosissime coopertum, in quo sedet quasi gloriosus, |  
 et circumdatus gloriosissimus indumentis. Hostia autem ip-  
 sius palatii per totum aurea sunt, per que equites sui trans- 22  
 eunt inclinantes et incolomes et immunes. Alieni sui nuntii,  
 si equites transeunt per | hostia, vel pedites, si pedibus limen  
 hostii tangunt, ibidem gladio feriuntur. Sed cum summa re-  
 verentia oportet alienum quemlibet transire. In tali ergo 23  
 pompa residens misit exercitus suos per diversas terras,  
 videlicet | ultra mare, sicut credimus, et quanta ibi fecerit  
 etiam vos audivistis. Alium autem exercitum copiosum mi- 24  
 sit iuxta mare super omnes Cumanos, qui ad partes ungarie  
 transfugerunt. Tertius autem exercitus obsidet totam | Rus-

<sup>3</sup> Recte: Don...

<sup>3a</sup> Recte: Bulgariam...

<sup>4</sup> Recte: depredari, *sicut* totam...

<sup>5</sup> Recte: iidem...

25 ciam sicut dixi; verum ut de bello vobis significem, dicitur,  
 quod longius iaciunt sagittis, quam cetera consueverint na-  
 tiones; et in prima congressione belli, sicut dicitur, non sa-  
 gittare, sed quasi pluere sagitte videntur. | Gladiis et lanceis  
 26 dicuntur minus apti ad bellum. Taliter enim suum cuneum  
 ordinant: quod X. hominibus unus thartar preest. Item C  
 hominibus unus centurio preest; hoc in tali astutia faciunt,  
 ne exploratores | supervenientes possint aliquatenus latere  
 27 inter eos. Et si forte contingeret eorum aliquem diminui  
 propter bellum, possit restitui sine mora; et populus collec-  
 tus ex diversis infidelitatem aliquam facere non possit, |  
 quem ex diversis linquis et nationibus collegerunt. Omnium  
 28 regnorum, que obtinent duces et magnates, de quibus est  
 spes, quod aliquando possint facere resistentiam, interficiunt  
 sine mora. Milites autem et rusticos | fortes ad prelium ante  
 se mittunt armatos, ad preliandum sine sponte. Alios autem  
 29 rusticos ad preliandum minus aptos relinquunt ad excolen-  
 dam terram, et omnium<sup>6</sup> occisorum, quam ad prelium misso-  
 rum, uxores et filias et | cognatas dividunt ad singulos viros  
 30 cultui terre relictos, cuilibet XII. vel plures assignantes, et  
 imponunt eisdem, ut thartari de cetero nuncupentur. Milites  
 vero, qui ad preliandum compelluntur; si bene pugnant | et  
 vincunt, parva<sup>7</sup> gratia. Si vero in prelio moriuntur, nulla cura.  
 31 Si vero in prelio retrocedunt, sine mora a thartaris occidun-  
 tur. Ideoque preliantes appetunt occidi potius in prelio,  
 quam gladiis thartarorum fe- | riri. Pugnant ergo fortius ut  
 non vivant in posterum, sed ut citius moriantur. Castra mu-  
 32 nita non expugnant, sed prius terram devastant, et populum  
 depredantur, et eisdem terre populum simul congregant et  
 compellunt ad pugnam, | ad expugnandum ipsum suum  
 castrum. De multitudine omnium exercitus sui non rescribo  
 33 aliquid, nisi etiam quod omnium regnorum, que obtinuit, mi-  
 lites ad pugnam aptos ante se compellit preliari. Fertur a  
 pluribus re certa, | et dux de Sudal mandavit per me regi  
 34 ungarie viva voce, quod die noctuque consilium habent thar-  
 tari, qualiter veniant et obtineant regnum ungarie christia-  
 num. Propositum enim habere dicuntur, quod veniant | et  
 expugnent Romam et ultra Romam. Unde legatos misit regi  
 35 ungarie, qui venientes per terram Sudal captivati sunt a  
 duce Sudal, et litteras regi missas dux ille recepit ab eis;  
 et legatos ipsos cum | sociis mihi deputatis etiam vidi; pre-  
 36 dictas litteras a duce sudal mihi datas ad regem Ungarie  
 deportavi. Littere autem scripte sunt litteris paganis, sed  
 lingua thartarica. Unde rex eas, qui possint legere, multos |  
 invenit, sed intelligentes nullos invenit. Nos autem cum trans-  
 37 iremus per Carmaniam,<sup>7a</sup> civitatem magnam paganam, quen-

<sup>6</sup> Recte: omnium tam...

<sup>7</sup> Recte: parva eis gratia...

<sup>7a</sup> Recte: Cumaniam...

dam invenimus, qui eas nobis est interpretatus. Est autem hec interpretatio: |

„Ego chaym nuncius regis celestis, cui dedit potentiam super terram subicientes in se exaltari et deprimere adversantes. Miror de te, rex ungarie, quod cum miserim ad te iam tricesima vice legatos, quare ad me nullum remittis ex eisdem; sed nec nuntios tuos vel litteras mihi remittis. Scio, quod rex dives es et potens, et multos sub te habes milites, solusque gubernas magnum regnum. Ideoque difficile sponte te mihi subicis, melius tibi tamen esset et salubrius, si te subiceres sponte mihi. Intellexi insuper, quod Cumanos, servos meos, sub tua protectione detineas. Unde mando tibi, ne eos de cetero apud te non teneas, et me adversarium tibi non habeas propter ipsos; facilius est enim eis evadere, quam tibi; quia illi sine domibus cum tenoriis ambulantes, possunt forsitan evadere, tu autem in domibus habitans, habens castra et civitates, qualiter effugies manus meas.” Sed hec non pretermittam. Iterum dum ego remansi in curia Romana, precesserunt me ad magnam Ungariam IIII-or fratres mei, qui pertransientes per terram sudal, in finibus regni eius occurrerunt quibusdam ungaris paganis fugientibus a facie thartarorum, qui libenter fidem catholicam recepissent. Et dum versus ungariam christianam venissent, audiens dux predictus de sudal indignatus, fratribus predictis revocatis, inhibuit, ne legem Romanam predicarent Ungaris memoratis, et propter hoc expluit fratres predictos de terra sua; tamen absque molestia, qui nolentes redire, et viam factam facile dimittere, declinaverunt ad civitatem Recessue, si viam haberent, ut in magnam Ungariam, vel ad Morducanos, vel ad ipsos thartaros pertransirent. Duobus autem fratribus ibi relictis, ex ipsis, conductis interpretibus, in festo Apostolorum Petri et Pauli proximo transacto, venerunt ad Ducem Morducanorum alterum, qui eodem die egressus quo isti venerant, cum toto populo et familia, sicut superius diximus, thartaris se subiecit. De cetero, quid de duobus fratribus illis factum sit, utrum mortui sint, vel a Duce iam dicto ad thartaros deducti, penitus ignoratur. Duo fratres relictis, ammirantes de mora eorumdem, circa festum Michaelis proximo celebratum miserunt quemdam interpretem, de eorum vita cupientes certificari; quem etiam morducani invadentes occiderunt. Ego autem et socii mei videntes terram a thartaris occupatam, et regiones munitas conspicientes etiam nullum fructum fructificandi, reversi sumus ad Ungariam; et licet per multos exercitus et latrones transivimus, Sancte tamen Ecclesie orationibus et meritis suffragantibus, pervenimus ad fratres nostros et claustrum incolumes et immunes. Ceterum cum tale Dei flagellum adveniat et adproximet ad filios ecclesie sponse Christi, quid fratribus his agendum, quidque faciendum sit, Vestre Sanctitatis discretio dignetur sollicitate providere. Pre-

terea, ut nihil ex his maneat pretermis- | nitati  
 Vestre significo, quod cum quidam clericus Ruthenorum no-  
 52 bis aliqua rescriberet de historia libri Iudicum, dicebat, quod  
 thartari sint madyanite, qui cum Cethym<sup>8</sup> pariter contra fi-  
 lios | Israel expugnantes, devicti sunt a Gedeone, sicut in  
 53 librum Iudicum continetur. Unde fugientes dicti Madianite,  
 habitaverunt iuxta fluvium quemdam nomine thartar, unde  
 et thartari sunt vocati.

## VI.

## „Epistola de vita Tartarorum“ a fr. Iuliano.

Exempl. Cod. „Vat. lat. 4161.“ fol. 41r—44r.  
 Inventum a *Willelmo de Fraknoi*. (Vide tab. XVII—XXIII.)

1 [f. 41 r] Venerabili viro **epistola de vita tartarorum**, |  
 2 in Christo patri, Perillustrissimo episcopo, Frater Iuli- | anus  
 3 Fratrum ordinis predicatorum, servus vestre | Sanctitatis.  
 4, 5 Cum secundum iniunctam michi obedi- | ciam ire deberem  
 6 ad magnam hungariam cum fratri- | bus mihi adiunctis, in-  
 7 iunctum nobis iter perficere | cupientes. cum ad ultimos  
 8 fines Prucye<sup>1</sup> | devenissemus, rei dedimus veritatem: quod  
 9, 10 omnes | hungarii pagani, et regna quam plurima, | a tartaris  
 11 sunt penitus devastata. Quid autem | sint illi tartari, cuiusve  
 12 secte; vobis te- | nore presentium enarrabo. Relatum est |  
 13, 14 autem michi a quibusdam, quod tartari: prius | inhabitabant  
 15 romam.<sup>2</sup> Dicitur hi veritate: | filii hismaelis. Unde hismaelite  
 16 nunc tartari | volunt vocari. Terra autem, de qua prius sunt |  
 17, 18 egressi: gotha vocabatur, quam Ruben | gotham vocavit. Pri-  
 19 mum autem bellum | tartarorum est taliter inchoatum. Dux  
 20, 21 e- | rat in illa terra gotha: Gurguta nomine, | qui sororem  
 22 habuit virginem. Eius parentibus | defunctis sue familie pre-  
 23 sidentem et more | virili, ut dicitur, se gerentem; expugnavit |  
 24 quemdam ducem vicinum, et eundem suis bonis | [f. 41 v]  
 1, 2 et requisitis spoliavit. Elapsis autem quibusdam | temporibus  
 3 cum iterum predictum ducem sicut consueve- | rat expugnare  
 4 niteretur; ille sibi preca- | vens comisso bello cum puella  
 5 supradicta; pre- | valuit in pugnando, et eam quam prius  
 6, 7 adver- | sariam habuit, captivavit. Conversoque in | fugam  
 8 suo exercitu, ipsam in captivitate | positam violavit; et in  
 9 signum maioris vin- | dicte defloratam, turpiter decollavit. |  
 10, 11 Quo audito frater memorate puelle Gur- | guta supradictus

<sup>8</sup> Cethym (var. Kittim, Vulgata: C., Cethum; vide: Macc. 8, 5 Cetei) incolae insulae Cypri antiqui, qui nomen ab oppido aut provincia a Graecis *Kittion* nominata acceperunt. A quibusdam scriptoribus Japhetidae, oppidum vero ipsorum colonia Phoenicum fuisse, in Macc. 8,5 C. incolas Macedoniae esse narrantur. (Conf.: F. Schmidke, Die Japhetiten der bibl. Völkertafel (1926) 75 ff. Dict. Bible Suppl. II. 19/23.)

<sup>1</sup> Recte: Russiae

<sup>2</sup> Vide exempl. Hormayr et — Dudik p. 35. et p. 39.

dux nuntio ad ipsum vi- | rum delegato, tale fertur manda- 12  
 tum trans- | misisse. Intellexi quod sororem meam cap- | tam 13  
 et defloratam decollasti. Noveris te opus | mihi contrarium 14, 15  
 exegisse. Si soror mea forsi- | tan tam inquieta fuit dampni- 16  
 ficans te re- | bus mobilibus, poteras ad me accedere 17  
 e- | quum de ea, petiturus iudicium. Vel si | volens debella- 18, 19  
 tam quam propriis manibus cap- | tivasti et deflorasti, pote- 20  
 ras ducere in uxo- | rem. Si autem propositum occidendi 21  
 eam habuisti, | nullo modo debuisti eam deflorare. Nunc 22  
 vero | [f. 42 r] eam dampnificans in duobus et virginali tur- | 1  
 pitudinem intulisti pudicie, et carnali | eam morte misera- 2, 3  
 biliter condempnasti. Propter | quod in vindictam necis 4  
 puelle nominate, scias | me tecum totis viribus congressurum. 5  
 Hec ve- | ro audiens dux necis perpetrator et videns | se 6  
 non posse resistere, fugit cum suis ad solda- | num de Or- 7, 8  
 nach, terra propria derelicta. Hiis | itaque gestis, erat qui- 9  
 dam dux in terra Chana- | neorum<sup>2a</sup> nomine Wroccus cuius 10  
 divicie tam precla- | re predicantur, quod et pecora in aureis 11  
 can- | nalibus adaquabantur. Quem dux alius de flumi- | ne 12  
 de Bux nomine Gauex propter divicias ex- | pugnavit, et 13, 14  
 devicit. Qui devictus cum | duobus filiis suis et quibusdam 15  
 paucis qui de belli | periculo effugerunt, ad dictum soldanum 16  
 de Or- | nach fugerunt. Soldanus vero memor memor<sup>3</sup> | in- 17  
 iurie quam ei quondam intulerat, quia vicinus | eius extiterat 18, 19  
 recepit eum et in porta suspendit, | et populum dominio suo 20  
 subiugavit. Duo | autem filii eius protinus fugam arripuerunt. 21  
 Et quia re- | fugium alias non habebant, ad prefatum Gruex 22  
 qui | [f. 42 v] patrem eorum et eosdem iam antea spolia- 1  
 verat, | sunt reversi. Qui ferali concitatus rabie, ma- | iorem 2, 3  
 cum equis interficit. Minor vero fugiens | ad Gurgutam du- 4  
 cem tartarorum iam antea nomi- | natum, rogans obnixius 5  
 ut de Gruex qui | patrem suum spoliaverat et fratrem occi- 6  
 derat, vin- | dictam exerceret. Dicens quod Gurgute, honor | 7  
 remaneret, et sibi pro nece fratris et spolio | patris retri- 8, 9  
 bucio fieret et vindicta. Quod factum | est. Ac habita victo- 10  
 ria, rogavit iterum Gur- | gutam ut de soldano de Ornach 11  
 vindictam | reciperet. Et egressus contra soldanum victo- | 12  
 riam optinuit. Igitur quasi undique fre- | tus victoria lauda- 13, 14  
 bili, Gurguta pre- | dictus dux tartarorum cum toto impetu 15  
 bel- | li cepit progressum facere, contra persas pro | quibus- 16, 17  
 dam guerris quas ibi primitus habuit, et | regnum persarum, 18  
 totaliter subiugavit. | Ex hiis audacior effectus, et fortio- 19  
 se reputans omnibus super terram, progressum cepit | facere 20  
 contra regna totum mundum debellare | proponens et ad 21, 22  
 terram romanorum<sup>3a</sup> accedens, eam | sibi subiugavit. Inde re- 23  
 versus ad magnam | Hungariam a quibus nostri hungarii ori- 24  
 ginem | habuerunt, expugnavit eam XIII. annis sicut | [f. 25

<sup>2a</sup> Recte: Cumanorum . . .

<sup>3</sup> Sic! — <sup>3a</sup> Recte: . . . Cumanorum . . .

1, 2 43 r] ipsi hungarii pagani, nobis retulerunt. | Reversus inde  
 3 versus occidentem spatio unius | anni vel parum amplius,  
 4 quinque regna pagano- | rum maxima obtinuit. Que LX.  
 5 castra | fortissima habebant, tam populosa, quod de uno |  
 6, 7 eorum exire poterant L. milia militum arma- | torum. Scien-  
 8 tes quod Gurguta dux ille primus | qui hoc bellum inchoavit,  
 9 est defunctus. Nunc | autem filius eius Chayn, regnat pro  
 10 eodem, et re- | sidet in civitate magna, Ornach. Residet |  
 11 autem tali modo. Palacium habet tam  
 12 magnum quod. Mille | milites intrant Nota de nobili pa- |  
 13 per unum ostium, et eidem inclinan- | latio ipsius ducis.  
 14 tes, exeunt nichilominus residentes. Dux  
 15, 16 autem | prefatus paravit sibi tectum pergrande et altum |  
 17 aureis columpnis inmixtum; lectum aureum, | et precisiosis-  
 18 sime coopertum; in quo sedet, quasi gloriosus, | et circum-  
 19 datus preciosis indumentis. Ostia vero  
 20 ipsius | palacii per totum, aurea sunt. Nota de ostiis au- |  
 21 Misit autem exerci- | tus per diversas reis et de potes- |  
 22 terras. Videlicet ultra mare imum.<sup>4</sup> | tate ipsius.  
 23 Alium copiosum exercitum, misit iuxta  
 24 mare super | omnes Comanos qui ad partes Ungarie fuge-  
 25 runt. | Tertius vero exercitus obsidet totam Hungariam et |  
 26 Ruziam. Longius quoque iaciunt sagittas, quam | [f. 43 v]  
 1, 2 cetere nationes. Et prima congressione belli non | sagittare  
 3 dicuntur, sed quasi sagittas pulve- | rizare videntur. Et tali-  
 4 ter autem suum cuneum | ordinant, quasi X. hominibus unus<sup>5</sup>  
 5 preest. Centum | vero unus centurio. Hoc quoque tali astucia  
 6, 7 faci- | unt, ne exploratores supervenientes, possint | latere  
 8 aliquatenus inter eos. Et si contigerit | eundem numerum  
 9 diminui; propter bellum resti- | tuitur sine mora. Et ut po-  
 10 pulus collectus | de diversis infidelitatem aliquam facere  
 11, 12 non pos- | sint, quemlibet denarium numerum ex di- | versis  
 13 nationibus et linguis, collegerunt. Omnium | regnorum reges,  
 14 magnates, duces de quibus | spes est quod possint facere  
 15 resistentiam, interficiunt | sine mora. Quid super hiis con-  
 16 sulendum, quidve | faciendum sit, vestre Sanctitatis discretio  
 17 dignetur | sollicite providere. Preterea ut nil ex hiis | re-  
 18, 19 maneat pretermisum, Paternitati Vestre sig- | nifico, quod  
 20 quidam clericus Ruthenorum dixit, quod | Tartari sunt ma-  
 21 dianite. Qui cum Cetheis pa- | riter pugnantes contra filios  
 22 Israel, devicti | sunt a Gedeone, sic in libro Iudicum con-  
 23 tinetur. | Unde fugientes dicti madianite, habitaverunt | [f.  
 1, 2 44 r] iuxta quemdam fluvium nomine Tartar, | et inde Tar-  
 3 tari sunt vocati. Tantam | quoque asserunt Tartari se bella-  
 4 torum habere | multitudinem, quod in XL. partes dividi pos-  
 5, 6 sit ita, quod nulla potestas inveniatur | super terram, que  
 7 uni parti eorum valeat | resistere. Item dicitur, quod habent  
 8 in exercitu suo | secum servos CCLX<sup>a</sup> milia, qui non sunt |

<sup>4</sup> Mare imum id est Mare Thyrraenum.

<sup>5</sup> Recte: ... unus Thartar preest.



de lege sua et CXXXV milia de lege sua | probatissimorum 9, 10  
 in acie. Item dicitur, quod mu- | lieres eorum, sicut et ipsi, 11  
 bellicose sunt, et | iaciunt sagittas et insident equis et iu- | 12  
 mentis, sicut et viri, et animosiores sunt | viris in conflictu 13, 14  
 belli. Quia viris ali- | quando terga vertentibus, ille nulla- 15  
 tenus | fugam arripiunt, sed omni discrimini se expo- | nunt. 16  
**Explicit epistola de vita, secta et | origine Tartarorum.** 17, 18

## VII.

**Documentum novum rerum Magnae Hungariae A. D. 1320.**

Epistola fratris Iohancae Hungari O. F. M. ad Ministrum  
 generalem, Fr. Michaellem Caesenatem.

In codice Bibliothecae Academiae Cantabrigiensis; sg.: „D. II. 3. 7.“  
 fol. 149<sup>r</sup>—v. Inventum ab A. C. Moule. (Vide tab. XXIV—XXV.)

**Litera missa generali ministro.**

[f. 149 r] In xristo reuerendo patri fratri Michaeli ordi- 5  
 nis minorum, | fratrum, frater Iohanca hungarus, ceterique 5  
 fratres minores pro deo peregrinantes honoris & animarum 6  
 zelo in latissimo | aquilonari Tartarorum imperio reueren- 6  
 ciam humilem cum oracionum instanciis in domino ihesu 7  
 xristo. 7

Nouerit pia pater- | nitas vestra quod pro nomine xristi  
 laborare volentibus, castra Tartarorum sequendo, fructus est 8  
 maximum animarum, ita | quod baptizando & confirmando, 8  
 predicando & informando, confessando & confortando quasi 9  
 continue vacamus, crebrius | & comuniter vsque ad profun- 9  
 dam noctem, quoniam in aliquibus partibus populus xristia- 10  
 nus in tantum multiplicatur, quod vix modo, iudicio | nostro, 10  
 parum vltra medietatem de infidelibus extant. Nam diuersas 11  
 naciones sibi potencia prelii de populis xristianis Tar- | tari 11  
 subiecerunt, quos permanere sinunt in sue legis & fidei ob- 12  
 seruanciis, non curantes vel modicum quis | quam sectam 12  
 tenuerit: sic vt in temporalibus seruiciis, tributis & vectiga- 13  
 libus ac sequelis bellicis suis faciant | dominis, ad que obli- 13  
 gantur secundum edictam legis. Quinimo in tanta libertate 14  
 eosdem conseruant xristianos, quod multi du- | centes vxores 14  
 et familiam mangnam tenentes, efficiuntur quandoque 15  
 suis dominis diciores, et non audent domini | illi de rebus 15  
 contingere seruorum, quin et eos appellant socios & non ser- 16  
 uos, set cum domini ad prelia vadunt, | ipsos armati sequuntur, 16  
 fideliter seruiendo contra Saracenos cum eis pugnando, 17  
 pacti fidem conseruando. 17

Sa- | raceni autem iuxta discurrentes eos infestant & 18  
 conuersos de Tartaris ac alios nituntur subuertere, ac | quan- 18  
 doque peruertunt a fide, non habentes qui eos doceat legem

19 xristianam. Saraceni autem qui propriam legem makometi  
 20 habent, sectam quamdam | habent religiosam reputatam, cuius  
 21 fratres falsarios<sup>1</sup> vocant, gladios in promptu ferentes, vt statim  
 22 interminent contra legem | loquentes. Sinunt tamen pa-  
 23 cienter xristianos legem nostram & xristum & mariam ac  
 24 sanctos commendare, sic quod makometum non contemp-  
 25 nant. | In lege sua multa tenent de ewangelio Luce, & ma-  
 26 riam virginem asserunt & xristum in ea conceptum flatum  
 27 diuino. Set xristum | deum esse negant; venerantur tamen  
 28 eum sepcies in die, inmediate post makometum, ad tube  
 29 mangne sonitum in quadam | turri vel campanili, eumque  
 30 maiorem prophetarum dicunt post makometum, & 7<sup>os</sup> sic  
 31 secundum legem mecanica<sup>2</sup> dimitunt, oracioni- | que incum-  
 32 bunt & veneracioni, & hec eos seruare in ciuitatibus Apulie,  
 33 Hyspanie cotidie vident xristiani inter quos ibi degunt. |

34 Fratres autem nostri qui in Tartaria iuxta eos morantur  
 35 in claustris vel locis mansiuis, fructum faciunt multum predi-  
 36 cando, | & ministrando conuersis & aliis ecclesiastica sacra-  
 37 menta, plurimosque captiuos redimunt pauperes de elemosi-  
 38 nis sibi datis. | Set est multo maior fructus castra sequi vo-  
 39 lentibus, sicut experientia cercio[r] docet cum labore; vnde  
 40 licet fratres in ciuitatibus | conmorantes loca deserere non  
 41 possunt absque perdicione quam plurimarum animarum, con-  
 42 uenit vestri paternitati et prudencie | prouidere, quo cicius  
 43 valueritis, pro provinciis Tartarorum & exercitibus variis, de  
 44 diuersis rengnis & multis, fratres ydoneos | prouidere ad hoc  
 45 inspiratos & ibidem destinare, de Anglicis, Hungaris & Teu-  
 46 tonicis precipue, qui leuius linguam scient; | scientes quod  
 47 qui in hoc compacentur infidelium animabus xristi sanguine  
 48 redemptis [et] in adiutorium nostrum venerint, deo lucrifa-  
 49 ciant | multa milia earum. Si quos vero retraheret victus par-  
 50 citas & penuria, suam buccellam tingat in aceto et | felle,  
 51 que xristus in cruce gustauit: si quos vero labor, fessitudinis  
 52 recordentur & laborum xristi, & sic leuia fient cuncta | eis,  
 53 cuius iugum suauē est & honus leue.

54 Certa quedam referam que cunctos mouere habent. Cum  
 55 enim ego frater Iohanca | cum duobus fratribus hungaris &  
 56 uno anglico ascendissemus vsque in Baschardiam,<sup>3</sup> nacionem  
 57 mangnam Tartaris subiectam, | duobus fratribus Hungaris  
 58 pro fidei negociis a nobis recedentibus, ego cum dicto an-  
 59 glico, nomine Willelmo per 6 annos con- | tinue conmorati  
 60 sumus. Et ibi erant Tartari iudices Baschardorum, qui licet  
 61 baptizati non essent, heresi tamen nestoria- | norum inbuti,  
 62 cum eis fidem nostram predicaremus, cum gaudio suscepe-  
 63 runt; set principem tocius Bacardie cum maiori parte | fa-

<sup>1</sup> I. e. asseclas, quos more ac nomine suo auctor nuncupat. Pro falsarios lege *falcharios*, *falcherios*, quod Turcis = *fakir*.

<sup>2</sup> Scil. opera.

<sup>3</sup> *Baschardia* id est *Bascardia* (Iohanca), *Bascart*, *Baschart*, *Bosartos* (de Carpini), *Bascardia* (Benedictus Pol.), *Pascata*, *Pascatir*, *Paschata*, *Pascatur* (Rubruquis), *Magna Hungaria* (Iulianus).

milie inuenimus errore Saracenorum totaliter infectum.<sup>4</sup> Qui- 40  
 bus cum predicaremus, dixerunt: si vos vtique primum ve-  
 nissetis, | suscepissemus vtique fidem istam, set turpe est  
 principibus cum vnam legem susceperint, ab illa leuiter dis- 41  
 cedere ad aliam | transseundo. Frequentantibus autem nobis  
 fidei doctrinam, & cum totam peritis Saracenorum probauim- 42  
 us omnibus modis nobis possibilibus, | scripturis, singnis, ra-  
 tionibus et exemplis, eorum legem friuolam & prophanam, que 43  
 nulla ratione nec euidencia miraculi fulta, sicut est lex | xri-  
 stianorum, cuius in partibus illis, vt cito referam, patuerunt 44  
 miracula clara, ac ostendimus iam legem esse diabolicam & ab  
 eo | cautelose bonis et malis esse admixtam, vt suspicio tol- 45  
 leretur & sic magis simplices deciperet, ipsi in furorem  
 uersi | interficere nos querebant. Nobis autem captis & atro- 46  
 citer incarceratis, ferris onustis & fame cruciatis ac | carceris  
 sualore,<sup>5</sup> vermium horrore & mortali fetore, mortem cum 47  
 gaudio prestolantibus, ipsi Tartarorum timore | attoniti, pre-  
 sumere non audebant.<sup>6</sup> Xristianos enim Tartari diligunt & 48  
 illos odiunt atque persequantur.

Cum autem adhuc | essemus in Bascardia, venit quidam  
 nuncius de terra Sibur,<sup>7</sup> que cingitur mari 7trionali, & est 49  
 terra fertilis in victualibus, | set hyemem habet grauissimam,  
 in tantum quod pre nimia niuium magnitudine vix tunc ali- 50  
 qua animalia ambulare | possunt, preter canes istius terre;  
 quatuor enim canes magni trahunt vnum uehiculum, in quo 51  
 potest vnus homo sedere cum | necessario victu & vestitu.  
 Ista autem gens de capite hominis mortui cutem cum crini- 52  
 bus abstract, quam pro deo suo ad- | orat, pellem vero faciei  
 excoriatam in domibus suis tenent & pro domestico deo ve- 53  
 nerantur. Dicunt tamen deum | xristianorum omnibus diis  
 aliis esse forciozem; cum enim quandoque aliqua necessitate 54  
 perurgentur, deum xristianorum invocant, et sepe | [f. 149 v]  
 optinent quod petunt. Nam cum semel super eos<sup>8</sup> exercitus 1  
 debuit transsire super glaciem valde magnam, ipsi timore  
 perterriti | deum xristianorum inuocare ceperunt cum magno 2  
 rugiti & clamore, ac ei sacrificia optulerunt, moxque dei  
 gracia, | ceteris patrie partibus remanentibus induratis, ista 3  
 per quam exercitus transsiret mox tota resoluitur et multis |  
 periclitantibus, vt in mari rubro exercitus Pharaonis, alii 4  
 vacui [et] frustrati ad propria redierunt. Item cum semel |  
 eis pestilencia accidisset, eorum phitones dixerunt: omnes 5

<sup>4</sup> In fol. 101 r. codicis Musaei Britannici „Nero A. IX.” sg. inuenitur textus, qui a quodam fratre anonymo O. F. M. est scriptus: „Sed iam de proximo baptizatus est per fratrem *Henricum Alemanum* filius cuiusdam magni millenarii vocatus *Tharmagar*. Item *Estokis* dominus totius *Baschardie*, cum uxore et filiis et familia multa”. (Vide p. 14.)

<sup>5</sup> Recte: squalore...

<sup>6</sup> Adde: nos interficere.

<sup>7</sup> Vide p. 6.

<sup>8</sup> I. e. contra eos.

morte peribitis, nisi efficiamini xristiani. Quod audientes, |  
 6 multi eorum baptizati sunt a quodam clerico Rutheno scis-  
 matico. Est enim regnum Ruthenorum scismaticum ab eccle-  
 7 sia | romana, sicut regnum Grecorum, propter precipue dic-  
 tum de spiritus sancti emanacione non a filio, quod reuocare  
 volunt. | Et eciam aliter quam nos baptizant, dicentes: bap-  
 8 tizetur seruus xristi et cet., sicut recitat magister sententiarum.  
 Quia | tamen dictus Ruthenus neque sciuit, neque  
 9 audebat eos debite instruere, tam baptizati quam nos<sup>9</sup> bap-  
 tizati in pristino er- | rore permanserunt. Ex hiis satis liquet,  
 10 quod illa gens cito conuerteretur, si haberent qui eos doce-  
 rent fidem xristi; | quod et ipsi fatentur.

11 Hoc eciam patet ex quodam quod negligi non debet.  
 Nam predictus nuncius qui venerat de Sybur, | legacionem  
 12 attulit a quodam tartarico iudice populi supradicti ad  
 nostrum xristianum iudicem Bascardorum in | hec verba  
 13 certa: Audiui quod tu, germane mi, habes tecum 4<sup>or</sup> sacer-  
 dotes latinos xristianos, rogo ut duos ex | ipsis ad nos mit-  
 14 tere velis, qui possint & debeant nostrum populum bap-  
 tizare; et si voluerint in ciuita- | tibus morari, nos eis eccle-  
 15 sias & domos edificabimus in quocunque loco voluerint de  
 Sybur; si vero | voluerint castra nostra sequi, omnia neces-  
 16 saria eis ministrabimus; si vero nobiscum stare noluerint,  
 eos vsque ad vos | super capita nostra conducemus,<sup>10</sup> tan-  
 17 tum nos baptizent et doceant fidem suam; si autem ad nos  
 venire noluerint, | deus eorum animas omnium quas saluare  
 18 possent, de manibus eorum requirat. Noster autem xristianus  
 iudex, audita le- | gacione, misit ad nos, rogans quod ad  
 19 gentem istam transsiremus. Nos vero habentes maximam  
 voluntatem, set in- | firmitate ex dicto carcere sumpta vehe-  
 20 mentissima prepediti, nullo modo potuimus, coacti ad fratres  
 redire | vel remanere.

21 Post hec vero prefati domini Bascardorum, venientes  
 ad curiam inperatoris, fratres cum instancia | petiuerunt; set  
 22 propter paucitatem, nullum eis dare potuimus, sine eorum  
 perdicione inter quos eramus; pauci | enim sumus pro locis  
 23 seruandis et aliqua dimisimus, set xristus vobis, pater, inspi-  
 ret & ecclesie romane de re- | medio tanti defectus; & ad-  
 24 uertant hec fratres verissima, & quid pro xristo attemptent  
 illi precipue, qui quanto sunt ex- | cellencioris sciencie, qua  
 25 in suis prouinciis quasi parum curantur, maioris ibi essent  
 vtilitatis & eminencie, qui | magis eximie scilicet sunt intel-  
 26 ligencie: ideo videant quid facto opus sit, ne eorum literalis  
 sapiencia, tot laboribus | vigiliisque conquisita, domi rectis-  
 27 sime<sup>11</sup> quasi sit sepulta, cum ibi, scilicet apud nos, foret  
 velud ardens lucerna. | Data in castris Tartarorum iuxta  
 28 Bascardiam anno domini 1320. |

<sup>9</sup> Recte: non ...

<sup>10</sup> I. e.: reportabimus.

<sup>11</sup> Pro — uti remur — saepissime ...

## CODICES MANUSCRIPTI PHOTOTIPICE DESCRIPTI.

Tab. I.:	Cod. „Miscell. Arm. XV. t. 1.” fol. 364 r.	Text. vide in pag. 21—22.
Tab. II.:	Cod. „Miscell. Arm. XV. t. 1.” fol. 364 v.	„ „ in pag. 22—23.
Tab. III.:	Cod. „Miscell. Arm. XV. t. 1.” fol. 365 r.	„ „ in pag. 23—24.
Tab. IV.:	Cod. „Miscell. Arm. XV. t. 1.” fol. 365 v.	„ „ in pag. 24—25.
Tab. V.:	Cod. „Riccardianus 228.” fol. 328 r.	„ „ in pag. 26—27.
Tab. VI.:	Cod. „Riccardianus 228.” fol. 328 v.	„ „ in pag. 27—28.
Tab. VII.:	Cod. „Riccardianus 228.” fol. 329 r.	„ „ in pag. 28—30.
Tab. VIII.:	Cod. „Riccardianus 228.” fol. 329 v.	„ „ in pag. 30.
Tab. IX.:	Cod. „Pal. Lat. 965.” fol. 201 r.	„ „ in pag. 30.
Tab. X.:	Cod. „Pal. Lat. 965.” fol. 201 v.	„ „ in pag. 30—31.
Tab. XI.:	Cod. „Pal. Lat. 965.” fol. 202 r.	„ „ in pag. 31—32.
Tab. XII.:	Cod. „Pal. Lat. 965.” fol. 202 v.	„ „ in pag. 32—33.
Tab. XIII.:	Cod. „Pal. Lat. 965.” fol. 203 r.	„ „ in pag. 33—34.
Tab. XIV.:	Cod. „Pal. Lat. 965.” fol. 203 v.	„ „ in pag. 34.
Tab. XV.:	Cod. „Pal. Lat. 443.” fol. 105 r.	„ „ in pag. 39—40.
Tab. XVI.:	Cod. „Pal. Lat. 443.” fol. 105 v.	„ „ in pag. 40—44.
Tab. XVII.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 41 r.	„ „ in pag. 44.
Tab. XVIII.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 41 v.	„ „ in pag. 44—45.
Tab. XIX.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 42 r.	„ „ in pag. 45.
Tab. XX.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 42 v.	„ „ in pag. 45.
Tab. XXI.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 43 r.	„ „ in pag. 45—46.
Tab. XXII.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 43 v.	„ „ in pag. 46.
Tab. XXIII.:	„Cod. Vatic. 4161.” fol. 44 r.	„ „ in pag. 46—47.



tum concilium approbavit. et etiam  
 asapientissimo et beato iohanne damas-  
 co. qui in g'alia multa sic dicit. spi-  
 ritum filium dicimus. et filio aut non  
 dicimus. sed quod ad plurimam in-  
 firmo extensus est. in hoc et monem  
 signamus. Receperunt omnes tironi-  
 tones aplos tam scriptas quam non  
 scriptas. venerunt autem scriptas et  
 g'alia concilia. et quos illa recep-  
 unt receperunt. quos vero repba-  
 uerunt repbamus. et ritus etiam  
 eos qui tunc tenebant sequimur. et hac  
 tenus obfirmamus. sicut a sanctis ap-  
 tolos p' uniuersum mundum cruciatu  
 tironi fuerunt. ac sicut regali pur-  
 pura utouti aiam fide orthodoxa.  
 clari stabimus ante tribunal xpi.  
 et per eam regni xpi erimus. incedere  
 immaculata diuina dei genitricis  
 et semp' uirgine maria cum omnibus  
 sanctis. qui p' fide etauerunt etiam en-  
 dulcissimum p' quod meruerunt coronam  
 in martiribulem et gloriam sempit-  
 nam. fiat hoc pat' omnipotens genitor  
 unigenitum filium tuum. et puolens spe-  
 ritu sancto. amen. in. am. **C**onsular  
 sume dei ecclesie constantino polatino  
 aulino p'sentem libellum nre con-  
 fessionis et fidei p'cepto sc'do p'iar-  
 charum tam g'ralis q' theopoleos  
 magne antiochie p'suatione etiam  
 sa' concilii sub scriptis.

De facto ungenite magne a f're ri-  
 cardo in uento epie d'ni Greg' ap.

**I**ngentium fuit ig'esus un noui-  
 garum xpiarum q' est alia ungeni-  
 arum de qua septem duces cum po-  
 pulis suis egressi fuerunt ut ha-

bitandi quererent s' locum. eo q' tunc ipse  
 multitudinem ibitantium sustinere non  
 posset. q' cum multa regna p' transissent  
 et testauerunt tunc uenerunt ut tunc  
 que nunc ungenia di. tunc uero dicebat  
 pascha romanorum. q' ad inhabitandum pre-  
 t'is ceteris elegerunt subiectis sibi ipse  
 qui tunc habitabant ibidem. ubi tandem p'  
 sc'm stephani p'nu ipse regem ad fidei  
 catholica sunt reu'si. prioribus ungenis  
 a quibus ista descendunt infidelitate  
 p'nanentibus. sicut et hodie sunt pagani.  
 f'res igit' p'dicatores h'us ungenis un-  
 garum iuentis compassi ungenis adbe-  
 se descendisse nouerunt. q' ad huc in erro-  
 re infidelitatis manerent. miserunt. uis.  
 testibus ad illos querendum. ubi etiam ex-  
 possent uiuante et non inuenire. sciebant  
 p'scripta antiquorum q' ad orientem e'ent.  
 ubi e'ent penitus igno'abant. p'cedi-  
 uo f'res qui nulli fuerat in his se erponere  
 tes laboribus p'nanere p'ntes eos usq' post-  
 annum tertium quesuerunt. nec tunc p'nt' ml-  
 ta uia p'icula potant inuenire. uno ipse  
 excepto sac'dote noie octo qui tantum  
 subincatoris noie p'cessit qui i quodam  
 regno paganorum q'sdam de lingua illa  
 i uenit. p' quod certo efficebat. ad q's p'ntes  
 manerent. s' illorum p'ntiam non inuenit.  
 rimum i ungenia est reu'sus. p' f'ilo p'lib'  
 assumendis. qui cum ipso redierunt fidem  
 illis catholici p'dicarent. Sed multas fra-  
 cas laboribus post octiduum relictis sui di-  
 em. cum omnes uiam illos querendi erpo-  
 suisset inuenit ad xpm. f'rantes uero  
 p'dicatores infidelium conu'sione deside-  
 rantes q' tuos f'res ad quendam gentem  
 p'vicam uerito miserunt. qui accepta  
 fratrum suorum benedictione hitu regiam ista  
